



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



STANFORD UNIVERSITY
LIBRARY

The Law School

Gift of

Judge Louis E. Goodman



quest 47 : Lex Sibunzia

JUG
LRN
JDX

Ripuarian law.

**LEX RIBUARIA
ET LEX
FRANCORUM CHAMAVORUM**

**EX MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS
RECUSAE.**

**EDIDIT
RUDOLPHUS SOHM.**

**HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1883.**

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

LEX RIBUARIA.

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

LEX RIBUARIA.





PRAEFATIO.

CAPUT I. DE HISTORIA LEGIS RIBUARIAE.

LL. V,
p. 185.

§. 1.


Introductio.

*Lex Ribuaria, quae etiam Lex Riboaria, Lex Ripuaria, Lex Ribuariorum, Lex Ripuariorum, Lex Ribuariensis, Lex Ripuarianensis in codicibus manuscriptis appellatur, Francis Ribuariis scripta est. Provincia Ribuaria, ducatus, pagus Ribuarius saepius in lege ipsa commemorantur. De historia autem legis Ribuariae praeter ipsius legis contextum nihil, quod fide dignum sit, traditum est. Constat enim, ea quae in prologo legis Baiuvariorum de origine legum Ribuariorum, Alamannorum, Baiuvariorum traduntur, a veritate longe abhorrere. Historia igitur legis Ribuariae ex ipsa sola lege haurienda est. Quam viam disquisitionis primus omnium ingressus est vir clarissimus Rogge libello, cui titulus est: *Observationes de peculiari Legis Ripuariae cum Salica nexu, Regiomonti Borussorum 1823.* Post eum alii auctores de lege nostra tractaverunt: Eichhorn, *'Deutsche Rechtsgeschichte'* I, §. 38. Gaupp, *'Das alte Gesetz der Thüringer'* p. 225—233. Gengler, *'Deutsche Rechtsgeschichte'* §. 25. G. Waitz, *'Deutsche Verfassungsgeschichte'* II (ed. 3. 1882), p. 113—115. Zöpfl, *'Deutsche Rechtsgeschichte'* §. 5. v. Daniels, *'Rechtsgeschichte'* I, p. 245 sqq. v. Schulte, *'Deutsche Rechtsgeschichte'* §. 28. Stobbe, *'Geschichte der deutschen Rechtsquellen'* I, §. 4. v. Bethmann-Hollweg, *'Der germanisch-romanische Civilprocess im Mittelalter'* I, p. 450—452. 490. Soh m in *'Zeitschrift für Rechtsgeschichte'* V, p. 380 sqq.*

§. 2.

De partibus legis Ribuariae.

In historia legis Ribuariae enarranda pro fundamento habenda nobis est ratio, quae inter eam et legem Salicam



STANFORD UNIVERSITY
LIBRARY

The Law School

Gift of

Judge Louis E. Goodman



Hand 4, : Lex Ribuanica

JUG
LRN
JDX

composita esse, qui etiam secundam partem legis Ribuariae conscripsit.

Unum huic sententiae obstat, quod capite 4. tituli nostri Frisioni advenae weremeldum 160 solidorum tribuitur. Secundum opinionem viri in iure Frisionum doctissimi v. Richt-hofen weremeldum 160 solidorum Frisioni ingenue ne octavo quidem saeculo competebat, cum additio sapientum, quae 160 solidorum weremeldum statuit (triplicatum weremeldum iuris antiquissimi Frisici) anno demum 802. conscripta sit. Circa annum autem 785. weremeldum Frisionum nondum triplicatum, sed duplicatum fuit, ut summam 106 solidorum et
 p. 189. *duos tremisses efficeret. Nihilominus pro certo habere possumus, de Frisione iam ante annum 800. in capite nostro legis Ribuariae verba fieri et weremeldo 160 solidorum praeditum eum fuisse. Omnes enim codices legis Ribuariae Frisionem in capite nostro habent, quod fieri non potuisset, si Frisio textui genuino defuisset. Accedit, quod codex Monacensis (cod. 4 textus A), qui, ut reliqui codices, Frisionem exhibet, fortasse iam in fine saeculi octavi, certe primo initio saeculi noni exaratus est. Lex Ribuaria ergo absque dubio Frisioni weremeldum 160 solidorum eo tempore dedit, quo, si fontes iuris Frisici sequimur, secundum legem Frisionum hoc weremeldum nondum ei competebat. Quod saeculo sexto eodem iure fieri potuit, quo saeculo octavo. Nullum igitur argumentum e fontibus iuris Frisici de tempore, quo titulus noster conceptus sit, derivari potest¹⁰.*

Utrum auctor secundae partis titulum 36. eodem loco posuerit, quo nunc in codicibus nostris manuscriptis occurrit, necne, in dubio relinquendum est. Ordinem genuinum titulorum in codicibus manuscriptis non semper servatum esse, ex iis, quae mox dicenda sunt (§.5), apparebit. Capita 11. et 12. tituli nostri in codice 5 (text. A) post titulum 64. editionis nostrae, id est in fine secundae partis legis Ribuariae, inseruntur. Accedit, quod ordo titulorum cum lege Salica connexorum per titulum 36. interrumpitur. Coniungere igitur possumus, titulum 36. ab auctore secundae partis in fine operis sui (post titulum 64) additum fuisse, ut id quoque ius, quo advenae et clerici in pago Ribuario fruebantur, enarraret.

Capita 11. et 12. tituli nostri, quibus de solutione weremeldi agitur, cum arte cum praecedentibus capitibus 1—10, quae de summa weremeldi tractant, mihi videantur cohaerere, haec quoque ab auctore secundae partis composita esse existimaverim.

10) *Weregeldum quoque Burgundionis, quod titulus noster c. 2. sanxit, a lege Burgundionum abhorret.*

§. 5.

De constitutione regia, quae tit. 57—62. continetur, atque de duobus titulis de aroene et de testamentis regum.

In compluribus codicibus manuscriptis legis Ribuariae indices duas rubricas tradunt: de aroene atque de testamentis regum, quae post rubricam: de alodis (tit. 56. editionis nostrae) inseruntur. Quibus in codicibus in contextu legis ipsius post titulum de alodis spatium librarii vacuum relinquere solent, ut tituli isti duo de aroene et de testamentis regum, quorum textum scribae in lege ipsa non inveniebant, postea inseri possint.

*Quid sibi velint duae istae rubricae, haud difficile dictum est, cum in lege Salica (quam pars illa legis Ribuariae secunda imitatur) titulum de charoena (tit. 61. legis Salicae) inveniamus, qui titulum de alodis (tit. 59. legis Salicae) sequitur. Quem titulum legis Salicae de charoena fontem esse tituli legis Ribuariae de aroene, cuius rubricam codices illi tradunt, pro certo haberi potest. Rubrica altera de testamentis regum titulum indicat, qui titulo de *aroena ^{p. 190.} (e lege Salica hausto) quasi additamentum adiectus erat (cfr. supra §. 2).*

Quos duos titulos legis Ribuariae deperditos esse, eis codicibus indicatur, qui in contextu legis locum, ubi titulos illos extare oportebat, vacuum reliquerunt; id quod mihi quoque antea persuasum habui¹¹. In contrarium autem me vocat codex Blankenburgicus (A 9) optimae notae, qui saepius (una cum codice Monacensi A 4) textum vetustiorum servavit. Codex Blankenburgicus legem Ribuariam nonaginta titulis distinguit, qui quamquam plerumque cum titulis atque rubricis litterae vulgatae conveniunt, interdum tamen a ceteris codicibus differunt; quae res etiam in titulo 60. legis Ribuariae (secundum editionem nostram, text. A) evenit. Qui titulus editionis nostrae a codice Blankenburgico in tres rubricas dividitur:

LX. De traditionibus et testibus adhibendis (= tit. 60, c. 1. editionis nostrae).

LXI. De eo qui consortem suum superpriserit (= tit. 60, c. 2—5).

LXII. De testamentis regum (= tit. 60, c. 6—8).

Habemus ergo in codice Blankenburgico titulum illum de testamentis regum in contextu legis ipsius (tit. 60, c. 6—8. editionis nostrae). Dubitari autem vix potest, quin alter

11) *Fragmenta tantum istorum titulorum in tit. 60. c. 2—8. servata esse mihi videbantur. Cfr. 'Zeitschr. f. Rechtsgesch.' V, p. 386. 387.*

titulus de aroene plane idem significet atque titulus codicis Blankenburgici de eo qui consortem suum superpriserit (tit. 60, c. 2—5. editionis nostrae). Librarius scilicet codicis vocem de aroene cum non intellexeret omisit novamque rubricam e primis verbis tituli (Si quis consortem suum quantulumcumque superpriserit) effecit. Tractatur enim titulo legis Salicae de charoena de eo, qui alteri vi aliquid raperit. Qua de re eis quoque capitibus legis Ribuariae agitur (tit. 60, c. 2—8), quae de vi commissa, de invasione terrae alienae tractant (c. 2—5. 8), quibusdam capitibus de testamento regum, id est de fundo, quem rex per praecceptum suum alienavit, adiectis (c. 3. 6. 7). Quae cum ita sint, textum titulorum illorum de aroene atque de testamentis regum capitibus 2—8. tituli 60. editionis nostrae servatum esse concludere possumus¹².

Quae res haud parvi momenti esse mihi videtur. E codicibus enim illis, qui in indice rubricas de aroene atque de testamentis regum post ipsam rubricam de alodis (tit. 56. editionis nostrae) tradunt, capita 2—8. tituli 60. olim post titulum 56. (de alodibus) locum habuisse, postea autem in alium locum (tit. 60) translata esse apparet. Accedit, quod tituli quoque 63. (de homine in hoste occiso) atque 64. (de homine in domo propria occiso) editionis nostrae, qui e titulo 63. legis Salicae (de homine ingenuo qui in oste occiditur) originem duxerunt, secundae partis legis Ribuariae, quae legem Salicam imitatur (supra §. 2) partem efficiunt. Sequebantur igitur olim tituli 60 (c. 2—8). 63. 64. legis Ribuariae post titulum 56. de alodibus, postea demum per titulos 57—59. 60 (c. 1). 61. 62. loco moti.

Argumentis prolatis demonstratur, titulos 57—59. 60 (c. 1). 61. 62. legis Ribuariae postero demum tempore eum, quem nunc occupant, locum obtinuisse secundae parti legis Ribuariae insertos. Tituli 57—62¹³. laudati non ab auctore secundae partis compositi, sed iam perfectae parti secundae additi sunt. Quam ob rem loquendi quoque modo tituli isti a secunda parte legis Ribuariae discrepant. Numeri enim solidorum in titulis 57—62. fere semper numeris cardinalibus exprimuntur. Semel tantum (tit. 58, c. 6) numeri distributivi multiplicati, quibus auctor secundae partis uti solet, occurrunt (cfr. supra §. 3).*

Quae res etiam ipso textu in titulis 57—62. tradito confirmatur. Habemus enim in titulis 57—62. constitutio-

¹² Cfr. etiam codex Gudianus (B 19), qui titulo 60. editionis nostrae (titulo 62. litterae vulgatae) rubricam inscribit: De testamentum regum vel de traditionibus seu de testibus adhibendis. ¹³ Exceptis solis c. 2—8. tit. 60.

nem regiam de manumissionibus (tit. 57. 58. 61. 62) atque de alienationibus terrarum (tit. 59. 60, c. 1), quae uno tenore continetur. Tam status libertorum, qui aut a rege (tit. 57) aut ab ecclesia (tit. 58) solemniter, aut a privatis quovis modo (tit. 61. 62) manumittuntur, quam usus et vis atque potestas instrumentorum (tit. 59, 60, c. 1) certis sanctionibus coercentur. Regiam constitutionem titulis nostris contineri, compluribus locis demonstratur, cfr. tit. 57, c. 1: nullatenus permittimus; tit. 57, c. 4: fisco nostro; tit. 58, c. 1: Hoc etiam iubemus; tit. 58, c. 2: illicitum ducimus; tit. 58, c. 7: sicut superius scribere iussimus; tit. 58, c. 19: Hoc etiam constituemus; tit. 59, c. 7: Quod de vinditione conscripsimus, haec et de donatione constituemus. Hoc autem constituemus; tit. 59, c. 9: permittimus.

De tempore, quo constitutio haec regia lata sit, plura argumenta lucem afferunt.

1) *Plèbs libertorum in magnum numerum effusa, constitutionem regiam elicit. Angustiarum igitur antiquiorum temporum loco latifundia iam orta erant. Quae res in ducatu Ribuario non ante secundam partem saeculi sexti videtur evenisse.*

2) *Cartae, quibus negotia et perficiuntur et probantur, e iure Romanorum receptae, quamquam iam in usu sunt, fieri tamen potest, ut emtor fundi testamentum accipere non potuerit (tit. 60, c. 1). Usus cartarum recens est, ideoque constitutione regia coercentur. Quod magis in saeculum sextum quam in posteriorem aetatem quadrat.*

3) *Archidiaconus compositionem Romanorum (i. e. dimidiam Francorum) solvit (tit. 59, c. 6). Constare enim tempore constitutionis nostrae videtur, archidiaconum Romanum esse, non Francum (cfr. tit. 36, c. 5). Quod solo saeculo sexto fieri potuit, cum Franci Ribuarii ad christianam fidem recens conversi, ab ecclesia alieni adhuc existebant.*

4) *De hominibus ecclesiasticis sive tabulariis, id est de libertis in ecclesia manumissis, imprimis de iurisdictione, quam ecclesia in tabularios exercet, ius statuitur (tit. 58), quod aetati Childeberti II. regis Austrasiae (a. 575—596) congruum esse videtur. Datur enim ecclesiae mundeburdium non de omnibus libertis, sed de iis tantum, qui in ecclesia manumissi sunt¹⁴. Datur etiam episcopis iurisdicctio¹⁵, sed*

14) *Contra Chlotharius II. edicto a. 614. c. 7 (Capitularia regum Francorum edidit A. Boretius, Legg. sectio II, tom. 1, p. 22) ecclesiae defensionem omnium libertorum tribuit, qui carta manumissionis patrocinio ecclesiae subditi sunt: Libertus cuiuscumque ingenuorum a sacerdotibus, iuxta textus cartarum ingenuetatis suae contenit, defensandus,*

*de solis tabulariis (i. e. in ecclesia manumissis), et privata quidem, non publica: forum enim episcopi tum solum com-
*p. 192. petens est, *cum inter duos tabularios causa agitur. De causis inter libertos atque homines plane ingenuos nulla potestas episcopis conceditur, solo comitis aut regis iudicio competente (tit. 58, c. 5. 8. 19. 21; tit. 66, c. 2)¹⁵. Quae res iuri saeculi septimi contraria est, cum Chlotharius rex anno 614. maiora privilegia episcopis dederit.*

Quibus argumentis spectatis pro certo habere possumus, constitutionem regiam, quae titulis 57—62. legis Ribuariae continetur, saeculo sexto exeunte, fortasse Childeberto rege (a. 575—596) latam esse.

§. 6.

Quibus temporibus singulae partes legis Ribuariae conscriptae sint.

Prima pars legis Ribuariae (tit. 1—31), qua vetus ius compositionum, quod olim apud Ribuarios vigeat, traditum est, vetustior est ceteris partibus, quae loco veterum compositionum Salicas compositiones apud Ribuarios conceptas esse ostendunt.

Secunda pars legis Ribuariae (tit. 32—64, excepta constitutione regia tit. 57—62) post primam partem, sed ante regiam constitutionem, quae titulis 57—62. continetur (§. 5), concepta est.

Constitutio regia, quam tituli 57—62. tradunt, saeculo sexto exeunte lata est (§. 5).

Tertia (tit. 65—79) atque quarta (tit. 80—89) pars post secundam partem conscriptae sunt (cfr. §. 2, III, IV). Titulus 87. quartae partis (de homine forbannito), cum ei, qui hominem forbannitum receperit, poenam sexaginta solidorum (id est banni regii) iniungat, ut a iure tam saeculi sexti quam saeculi noni abhorret, ita cum iure saeculi octavi convenit.

Quae cum ita sint, haec mihi vera esse videntur:

Prima pars legis Ribuariae (tit. 1—31) prima parte saeculi sexti, secunda pars (tit. 32—64) secunda parte sae-

nec absque praesentia episcopi aut praepositi ecclesiae esse iudicandus vel ad publicum revocandus. 15) Tit. 58, c. 1: et (tabularii) non aliubi quam ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant. 16) Contra Chlotharius II. a. 614. episcopis ius tribuit cum comite sedendi pro tribunali, cum causa inter libertum (qui patrocinio ecclesiae subditus est) atque ingenuum ageretur, cf. not. 14. De iurisdictione privata, quam episcopus inter homines ecclesiae (inter libertos quoque, qui in mundeburde ecclesiae sunt) exercet, nihil Chlotharius statuit, cum ea iurisdictio anno 614. ipso iure iam episcopis competere videatur.

culi sexti (sed ante constitutionem illam regiam), constitutio regia, quam tituli 57—62. tradunt, exeunte saeculo sexto conscripta est. Tertia pars (tit. 65—79) saeculo septimo, quarta pars (tit. 80—89) saeculo octavo ineunte esse videtur concepta.

Constitutiones regiae saepius in lege Ribuararia inveniuntur. In prima parte tit. 18, c. 1: sicut in omne texacam constituemus; tit. 31, c. 3: Hoc autem constituemus. In secunda parte tit. 57—62. constitutionem illam regiam continent, de qua supra (§. 5) egimus. In tertia parte tit. 74: Hoc autem constituemus (cfr. quoque tit. 72, c. 9: prohibemus). In quarta parte tit. 88: Hoc autem consensu et consilio seu paterna tradicionem et legis consuetudinem super omnia iubemus. Vix tamen credendum est, totam legem Ribuarariam a regibus Austrasiae latam esse, cum tam universae legi quam singulis partibus eius forma edicti regii desit, cumque constitutione regia, quam tituli 57—62. continent, adiecta genuinus textus legis immutatus sit. Constitutiones igitur illae regiae a privatis, qui singulas partes legis Ribuarariae conscripserunt, insertae esse videntur, ut una cum consuetudinibus Ribuariorum id quoque ius, quod e regis constitutionibus processit, tradatur.

§. 7.

p. 193.

De singulis capitibus legi Ribuarariae adiectis.

Primae parti legis Ribuarariae singula capita, quibus compositiones iuris Salici (a iure vetere Ribuariorum, quod prima pars continet, abhorrentes) traduntur, postero tempore addita sunt haec:

Tit. 10, c. 2. Sic in reliqua compositione, unde Ribuararios 15 solidos culpabilis iudicetur, regius et ecclesiasticus homo medietatem componat, vel deinceps quantumcunque culpa ascenderit.

Tit. 24. Si autem servus servum sanguinem effusionem fecerit, tercio demedio solido culpabilis iudicetur.

Tit. 25. Si osso ei frigerit, 6 solidos culpabilis iudicetur.

Tit. 24. et 25. laudati sextam partem compositionis Salicae (quindecim atque triginta solidorum) servo reo iniungunt. Quod abhorret a compositione duodeviginti atque triginta sex solidorum, quam vetus ius Ribuariorum (tit. 2. 3. 68) pro caede facta atque osse fracto ingenue praescribit.

In tertia parte legis Ribuarariae caput 1. tituli 67 (ubi de homine debitoso mortuo agitur), cum nexus, qui inter titulum 66. atque titulum 67. cap. 2 sqq. exstat, eo penitus interrumpatur, postea videtur additum esse.

Titulum 36 (de diversis interfectionibus) non postea additum (id quod olim mihi videbatur), sed ab auctore secundae partis una cum parte secunda conscriptum esse, iam supra (§. 4) probare conatus sum.

Verba id est 4 dinarios in titulo 23. genuino textui legis Ribuariae desunt, a littera vulgata postea addita.

CAPUT II. DE CODICIBUS LEGIS RIBUARIAE.

§. 8.

Classes codicum.

In universum si spectamus, omnes codices manuscripti legis Ribuariae, licet multae differentiae in rubricis atque in numero titulorum inveniantur, eundem tamen textum tradunt. Quamvis enim (ut exemplum afferam) lex Ribuariana in codice A 2 sexaginta tres, in codice A 3 octuaginta sex, in codice A 4 nonaginta unam, in codice A 6 centum et viginti quatuor rubricas habeat, omnes tamen illi codices eundem textum atque eundem quoque ordinem materiarum habent. Quo fit, ut ex codicibus legis Ribuariae nihil aut fere nihil de historia legis Ribuariae discamus. Longe aliter igitur in lege Ribuariana atque in lege Salica res sese habet.

Ad singula si animum advertimus, multae differentiae, plerumque in verbis solis atque oratione, interdum in re ipsa in codicibus occurrunt, quarum ratio habenda est. Imprimis duae classes codicum manuscriptorum distinguendae sunt, quas in editione litteris A et B signavi.

Classis A

antiquiorem formam legis Ribuariae exhibet, sive sermonem, sive tenorem legis ipsius spectamus. Non solum multae voces barbarae occurrunt, velut texaga, werire, admanire, sed Latinus quoque sermo corruptus atque barbarae aetati congruens est. Inveniuntur praeterea in codicibus classis A numeri distributivi duplicati aut triplicati, quibus auctor
 *p. 194. *secundae partis legis Ribuariae usus* erat, quos tamen aetas posterior respuit (cfr. supra §. 3). Numero atque rubricis titulorum codices classis A valde inter se differunt. Codex A 1 neque indicem neque rubricas neque ullam titulorum aut capitum divisionem habet, solis maioribus initialibus litteris singulas leges distinguens. Eodem modo codex A 11, qui fragmentum legis Ribuariae exhibet, conceptus fuisse videtur. Reliqui codices A indicem rubricarum textui legis praemittunt, in lege ipsa plerumque non rubricis, sed numeris tantum titulorum repetitis. Habet autem codex A 2*

rubricas 63, A 3 rubricas 88, A 4 rubricas 91, A 5 rubricas 93, A 6 rubricas 123, A 7 rubricas 124, A 8 (ut videtur) rubricas 90, A 9 rubricas 90, A 10 rubricas 91. Quare probari videtur, textum A codicibus illis traditum cum genuino textu, quem neque rubricas neque ullam titulorum aut capitum divisionem habuisse pro certo habere possumus, proxime cohaerere. Differentia enim illa, quae in rubricis atque titulis spectatur, eo tantum orta esse videtur, quod librarii textui, quem sine titulis atque rubricis inveniebant, arbitrio suo rubricas atque numeros titulorum addiderunt. Materiam in legibus tractatam si spectas, codices classis A maxime eo distinguuntur, quod in titulo 36, ubi de clericorum weregeldo agitur, textum genuinum servaverunt. Tributur enim a codicibus A 1—8 clerico weregeldum Romani ingenui (tit. 36, c. 5). Quae res quanti momenti sit, iam supra (§. 4) expositum est¹⁷. Etiam ad capita 6. 7. tituli 36. animus advertendus est, ubi codices A 1—7 subdiacono atque diacono minus weregeldum tribuunt, quam reliqui codices. Minus enim weregeldum cum antiquiore iure congruere satis constat.

Quae cum ita sint, codices classis A antiquiorem textum, genuino textui propinquiorem continere videntur.

Classis B

plerosque codices legis Ribuariae, eosque plerumque inter se congruentes, complectitur. Textus B a textu A imprimis eo discrepat, quod purgata quasi et polita forma legis Ribuariae a codicibus B exhibetur. Voces barbarae aut omissae aut vocibus Latinis explicatae sunt. Pro texaga legimus in codicibus B furtum (cfr. ex. gr. tit. 18, c. 1; tit. 65, c. 2; tit. 74, c. 8. textus B), verbi werire loco codices B scribunt defendere (tit. 61, c. 6. text. B), pro admanire B habet congregare (tit. 62, c. 1. text. B). Voci wargus textus B addit: hoc est expulsus (tit. 87, c. 2. text. B). Vocem quoque maleficium textus B explicavit, cum scribat: per venenum seu per aliquod maleficium (tit. 85, c. 1. text. B)¹⁸. In omnibus omnino partibus textus B

17) Codex A 9 eum textum praebet in titulo 36, c. 5, qui quasi medium inter textum genuinum atque textum vulgatum teneat. Codex A 10 cum textu vulgato congruit. Qui codices cum in aliis rebus cum textu A saepe congruant, nihilominus classi A adiungendos eos esse putavi. Codice A 10, interdum etiam codice A 9 media quae inter genuinum et vulgatum textum legis Ribuariae forma traditur. — In codice A 11, qui fragmenta tantum legis Ribuariae exhibet, tit. 36, c. 5. deest. 18) Cfr. etiam tit. 69, c. 5 (text. B.): in hasla hoc est in ramo (text. A: in collore). Tit. 23 (text. B) voci tremissem additur: id est 4 dinarios.

sermo ad Latinae grammaticae normas, quantum fieri potest, adaptatur. Numerorum signis usurpatis (ut summae solidorum exprimantur), numeri distributivi duplicati aut triplicati a textu B remouentur. Textui legis index rubricarum praemittitur. In textu ipso numeri atque rubricae titulorum repetuntur. Tituli in capita diuiduntur. In enumeratione titulorum codices B maxime inter se congruunt. Textus legis in nonaginta unum titulos diuidi solet.

*p. 195. *Editio Heroldina igitur, in 91 titulos diuisa, quam Pertz ('Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VII, 1839, p. 751) cum antiquiore forma legis Ribuariae congruere putauit, recentioris potius formae B exemplum exhibet. Quibus argumentis demonstratur, codices B ex ea textus forma manare, quae certam quandam titulorum diuisionem, a genuino textu alienam, iam receperit.*

Neque uero sola forma, sed etiam ipsa res quae tractatur, in codicibus B immutata est, cum in titulo 36. clerico ingenuo wergeldum Franci, diacono atque subdiacono maius wergeldum tribuatur.

Apparet igitur, a codicibus B textum recentiorem atque emendatum exhiberi, quo textu vulgato Karolingica aetas et posteriora tempora utebantur.

Quo textu Karolus Magnus usus fuerit, cum Capitulare suum legi Ribuariae additum anno 803. componeret, pro certo definire uix possumus. Id tantum apparet, 1) textum nostrum legis Ribuariae iam tum confectum et quasi absolutum fuisse, cum idem ordo rerum, quem codices nostri habent, et idem fere numerus titulorum, qui in plerisque codicibus occurrit, observetur; 2) legem Ribuariam, quae tunc in usu fuit, iam in titulos (quae in Capitulari capita uocantur) diuisam fuisse; omnibus enim capitibus a Karolo legi Ribuariae additis numerus capitibus (id est tituli legis Ribuariae) nouo iure corrigendi praefigitur. Numeri autem titulorum legis Ribuariae, quos Karolus secutus esse uidetur, cum textu vulgato B modo congruunt, modo paulum ab eo discrepant. Nihilominus Karolum textu, qui textui nostro B similis erat, usum esse crediderim.

Quae cum ita sint, codices A aetati Merovingicae, codices B aetati Karolingicae aptiores uidentur esse.

§. 9.

De codicibus A.

Iam ad singulos codices, ac primum quidem ad codices A nobis transeundum est. Singulos autem codices in sequentibus iis numeris enumeravi, quibus in editione nostra signati sunt.

1) *Primum locum tenet codex Parisiensis Latinus 10,753 (olim Paris. Suppl. lat. 215), saeculi X, quem descripserunt Pardessus, 'Loi Salique' (Paris 1843) p. XXVIII. XXIX, Merkel in editione sua legis Alamannorum, Legum tom. III (1843) p. 1. 2. Post legem Salicam emendatam (fol. 91. verso) sequitur lex Ribuarua (fol. 126. recto), tum (fol. 154. verso) fragmentum, quod inscriptum est Incipit pactus lex Alamannorum, a. I. Merkelio in editione sua legis Alamannorum p. 34. typis mandatum. Textus legis Ribuaruae neque indicem neque rubricas neque titulorum aut capitulum divisionem habet. Solis maioribus litteris initialibus singulae sanctiones legis Ribuaruae distinctae sunt. Sermo, quo lex Ribuarua concepta est, barbarae aetatis est. Scribitur: iurit (loco: iuret), ingenuos (loco: ingenuus), *Ri^p. 196. buarios (loco: Ribuaruus), quadropes sive quadropedes (loco: quadrupes) etc. Quibus probatur, antiquiorem formam legis Ribuaruae codice nostro tradi. Saepius etiam solo codice nostro lectio genuina servata est; cfr. ex. gr. tit. 33, c. 1. i. f, ubi solus codex 1 habet amallus, tit. 60, c. 1. ubi e genuina lectione codicis 1 reliquorum omnium lectiones corruptione manifesta effectae sunt.*

Qui codex cum solus omnium absque titulis atque rubricis sit¹⁹, solusque omnium sermonem barbarum aetatis Merovingicae (quem reliqui codices plus minusve correxerunt) accuratius servaverit, in editione mea pro fundamento eum ac pro principe codicum habendum esse duxi.

2) *Codex Paris. Lat. 4404, saeculi IX. ineuntis, quem descripsit Pardessus l. c. p. X—XIII. Legi Ribuariorum, quae fol. 213. incipit, index 63 rubricarum praemissus est, quarum numeri soli in textu legis repetuntur.*

3) *Codex Paris. Lat. 4629, saeculi X, quem descripsit Pardessus l. c. p. XX. Legi Ribuaruae fragmentum indicis praemittitur, quod 51 rubricas complectitur (usque ad titulum De eo qui grafionem interfecerit). In textu legis, qui 86 titulis dividitur, numeri atque rubricae titulorum repetuntur.*

4) *Codex bibl. reg. Monacensis Lat. 4115 (olim Cim. IV. 3. g) saeculi VIII. exeuntis vel IX. ineuntis, quem descripsit Pardessus l. c. p. 193. 194. Legi Ribuaruae (fol. 1) index 91 rubricarum praemittitur; in textu legis numeri soli titulorum repetuntur. Rubricae de aroene et de testamentis regum, quas index habet, in textu legis desunt. Cum*

19) *Codici A 11 quoque rubricae atque numeri titulorum penitus defuisse videntur. Sed codex A 11 fragmentum tantum legis Ribuaruae exhibet.*

aliquot folia codicis deperdita sint, finis legis Ribuariae (inde a tit. 72, c. 8. editionis nostrae) desideratur.

5) *Codex bibl. caes. Vindobonensis* 502 (olim iur. civ. 211) saeculi IX, quem descripsit Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' III (1821), p. 490—492. Legi Ribuariae (fol. 1) index 93 rubricarum praemittitur, quarum numeri soli in textu legis repetuntur. Rubricae autem de arachone et de testamentis regum, quas index habet, in textu legis desunt.

6) *Codex cathedr. Mutinensis* I, 2, saeculi X, quem descripsit Pardessus l. c. p. XLVII. XLVIII. Legi Ribuariae (fol. 31) index 124 rubricarum praemittitur, quorum numeri soli in textu repetuntur. Folio uno amisso, ultima verba legis Ribuariae (post Hoc autem consensu et consilio) in tit. 88. editionis nostrae desiderantur. In fine tituli 59. editionis nostrae (tit. 89. codicis) legitur numerus LXIII. Qui cum in codice nostro absurdus sit, ex archetypo, quod librarius descripsit, originem duxisse videtur. Equidem numerum illum LXIII. in archetypo titulo sequenti (tit. 60. editionis nostrae) praefixum fuisse puto. Quo colligi potest, divisionem 124 titulorum, a codice nostro exhibitam, in archetypo illo non observatam fuisse. Numerus LXIII. titulo 60. editionis nostrae inditus cum enumeratione quorundam codicum B congruit, qui in indicibus suis rubricas de aroene et de testamentis regum servaverunt (cfr. infra §. 10, et supra §. 5). Proxime quoque congruit cum codice A 4, qui (post rubricas de aroene et de testamentis regum) titulum 60. sub numero LXIII. habet. Enumeratio igitur 124 titulorum, quam codex 6 tradit, absque dubio posterioris aetatis est. Codex, qui codici 6 pro archetypo erat, 92 rubricas habuisse videtur, cum codicibus A 4 (ubi titulus 60. * sub numero LXIII. occurrit) vel A 5 (ubi titulus 60. sub numero LXV. invenitur) prope conveniens. Praeterea conicere possumus, ut codices A 4. 5, ita etiam codicem illum, e quo codex 6 fluxit, rubricas illas de aroene et de testamentis regum habuisse.

7) *Codex ducalis Gothanus*, membr. I, 84 (olim 54) saeculi X, quem descripsit Pertz, Legum I, p. XXVIII. XXIX, cum codice 6 arcte cohaeret. Idem fere textus legis Ribuariae ad codicibus 6 et 7 exhibetur. Legem Ribuariam (fol. 157. verso) index 124 rubricarum antecedit, quorum numeri in textu legis repetuntur. In codice quoque 7 in fine tituli 59 (editionis nostrae) numerus LXIII. invenitur, de quo supra (sub 6) actum est. Codex 7 igitur cum codice 6 eiusdem codicis exemplar est, qui cum archetypum illud describeret, ubi antiquior numeratio circiter 92 titu-

lorum observata erat, novam divisionem 124 titulorum introduxit.

8) *Codex Bûchler (olim Beati Rhenani) saeculi IX, de quo Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p. 221, et Merkel, Leg. III, p. 8 (I 10) egerunt, bibliothecae publicae Argentinensi traditus, anno 1870. lugubri incendio deletus est. Sed collatio codicis, quam Pertz fecit, schedis nostris inest. Incipiebat codex a tit. 31, c. 5 (editionis nostrae) voce: Quod si in provincia. Titulorum 32. 33. 34. 35. 36 (editionis nostrae) fragmenta exhibebat, reliqua aderant. Titulos 90 codex habuisse videtur. Rubricae in textu legis usque ad tit. 74 (editionis nostrae) deerant, a titulo 75. usque ad finem aderant.*

9) *Codex ducalis Guelferbytanus Blankenburgicus 130, saeculi X, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VII, p. 777—779, Merkel, eod. XI, p. 577—583, Boretius, 'Die Capitularien im Langobardenreich' p. 46—50. Legem Ripuariam (fol. 168) index 90 rubricarum antecedit, quorum numeri in textu legis repetuntur.*

10) *Codex Vaticano-Palatinus 773, saeculi X, quem descripsit Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p. 218. 219. Codex solam legem Ribuariam cum tribus capitularibus continet. Legi Ribuariae (fol. 1) index 92 rubricarum praemittitur, quorum numeri in textu legis repetuntur, nisi quod duae rubricae de arohene et de testamentis regum in textu legis desiderantur. Textus igitur legis 90 tantum titulos habet.*

11) *Codex Paris. Lat. 4632, saeculi X, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XXI, fragmentum tantum legis Ripuariorum exhibet, incipiens verbis tituli 52 (editionis nostrae): Si quis rem suam alii praestiterit. Reliqua usque ad finem adsunt. Textus legis neque rubricas neque numeros neque ullam titulorum divisionem habet. Solis maioribus litteris initialibus et colore flavo, quo prima quaeque linea inducta est, singulae sanctiones legis Ribuariae discernuntur.*

Qui codices omnes barbaro sermone (licet codex 1 reliquos inculta lingua superet) et usu numerorum distributorum (in parte secunda legis Ribuariae) excellunt (cfr. §. 8). Quamvis igitur uni eidemque classi adnumerandi sint, vario tamen modo inter se cohaerent et quasi in familias distinguere possunt.

In titulo 18, c. 1 (ut exempla afferam) codices 1—3. 5_{p.} 198. eundem lapsum calami exhibent, cum librarius scripserit

quas (pro equas). In titulo 33, c. 1. codices 1. 2. 5 habent quam loco quem. Eodem loco codices 1—3 praebent debit, cum scribi debuisset dedit. In titulo 32, c. 2. codex 1 habet propaliter, codices 2. 3 probaliter, reliqui probabiliter. In titulo 31, c. 1. vox aut a solis codicibus 1—3 additur. In fine tituli 33. vox ad (ante auctorem) in solis codicibus 1—3 invenitur. De weregeldo subdiaconi (tit. 36, c. 6) codices 1—3. 5 inter se congruunt. In titulo 37, c. 2. corrupta vox similiter (loco si mulier) in codicibus 1. 2. 5 invenitur. In titulo 38. codices 1—3 habent XL sol., reliqui LX sol. In titulo 46, c. 2. codices 1. 2. 5 exhibent ut (loco aut). In titulo 51, c. 2. res Ribuaria (loco lex Ribuaria) in codicibus 1. 2. 4. 5 legitur. In titulo 56, c. 2. soli codices 1. 2 vocem inter (cum barbaro modo loquendi congruentem) inserunt. In titulo 58, c. 2. in codicibus 1—3. 6. 7 idem versus falso loco occurrit, errore librarii a loco suo motus. In titulo 58, c. 11. error ingenuam Ribuariam (vel ingenua Ribuaria, dum de ingenio Ribuario dici debuisset) in codicibus 1—3. 6. 7 occurrit. In celebri loco tituli 58, c. 1, ubi de ecclesia secundum legem Romanam vivente agitur, codices 1—3. 5—7 corruptum textum praebent, qui ex uno eodemque fonte fluxisse videtur.

Quae iam sufficere videntur, ut concludamus, cum codice 1 primo loco codicem 2, tum codicem 3, tertio loco codices 6. 7, quarto loco codicem 5 cohaerere. Codex 4 proprium suum locum tenet, codex optimaе tamen notae, qui cum saeculo octavo exeunte vel primis initiis saeculi noni conscriptus sit, reliquos omnes vetustate superat et in pluribus locis genuinum textum servavit. In titulo 58, c. 7. codex 4 legit epo (id est episcopo), dum codices 1—3. 5—7 corruptam vocem ipso exhibeant. In titulo 58, c. 1. codex 4 recte legit: secundum legem Romanam, quam ecclesia vivit. Saepius haesitavi, utrum codex 1 an codex 4 pro fundamento editionis habendus esset. Vincit autem codex 1 codicem 4 his causis: primum, quod codex 1 integram legem Ribuariam continet, in codice 4 ultima pars legis desideratur; tum, quod lex Ribuaria in codice 1 sine titulis atque rubricis invenitur; denique quod sermo barbarus codicis 1 aperte vetustioris originis est, codex 4 autem, cui lingua Latina melius atque rectius procedit, iam politam et renovatam quasi speciem legis Ribuariae continet. Animadvertendum praeterea est, codicem 4 interdum cum textu vulgato congruere. Cum codice 4 codex 9 saepius congruit, interdum etiam codex 10. Codices autem 8. 10, interdum etiam codices 9. 11 cum textu vulgato connexi sunt, ut

formam legis Ribuariae contineant, mediam quandam inter genuinum et vulgatum textum.

§. 10.

De codicibus B.

1) *Primum locum dedi codici civitatis Sangallensis 338 (olim C. 7), saeculi X, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p. 211—213, Pardessus, 'Loi Salique' p. LXI. LXII. Post legem Salicam emendatam lex Ripuariorum exhibetur, quam lex Alamannorum sequitur. Legem Ribuariam index 92 rubricarum antecedit, cui insunt rubricae de aroene et de testamentis regum. In textu legis et numeri et rubricae titulorum repetuntur. Tituli de aroene et de testamentis * p. 199. regum in textu legis desunt; tituli 90. 91 (textus B), qui in indice una rubrica comprehenduntur, in textu legis separantur. Quo fit, ut textus legis 91 titulos habeat.*

2) *Codex S. Pauli in Karinthia, saeculi IX, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' III, p. 78—81, Boretius, 'Die Capitularien im Langobardenreich' (1864) p. 29—32. Legi Ribuariorum index 90 rubricarum praemittitur²⁰. Textus legis (cum tituli 90. et 91. textus B, quos index una rubrica comprehendit, in textu legis separantur) 91 titulos habet. Numeri atque rubricae titulorum in textu legis repetuntur.*

3) *Codex Paris. Lat. 9654 (olim Suppl. lat. 75), saeculi X. vel XI, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XXV. XXVI. Legi Ribuariorum, quae fol. 135—143. exhibetur, index rubricarum deest. Titulis legis non numeri, sed rubricae praefiguntur. Textus legis in 97 rubricas divisus est.*

4) *Codex regius Havniensis collectionis antiquae Gottorp. 1943, saeculi IX. vel X, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VII, p. 156. 749, Pardessus, 'Loi Salique' p. XLIII. Legi Ribuariorum index 93 rubricarum praemittitur, cui insunt rubricae de aroene et de testamentis regum. In textu legis numeri atque rubricae titulorum repetuntur. Tituli de aroene et de testamentis regum in textu legis desunt, sed addit codex glossam marginalem: in hunc locum sunt duo capituli minus id est de aroene et de testamentis regis. Quo fit, ut textus legis 91 tantum titulos habeat. Librarius autem cum post titulum 59. ad numerum*

20) *Rubricae de aroene et de testamentis regum desunt.*

62 (tit. 60, text. B) prosiliat, in textu quoque legis 93 tituli numerantur. Quo colligere possumus, ab archetypo, quod librarius describebat, in textu quoque legis numeros titulorum illorum de aroene et de testamentis regum servatos fuisse.

5) *Codex Paris. Lat. 4418, saeculi IX, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XV. Legi Ribuariorum index 91 rubricarum praemittitur, cum titulus 91 (text. B) etiam in indice suam rubricam habeat*²¹. In textu legis, qui et ipse in 91 titulos dividitur, numeri atque rubricae titulorum repetuntur.

6) *Codex Paris. Lat. 4759, saeculi X. vel XI, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XXII. Lex Ribuariorum post legem Salicam emendatam et legem Baiuvariorum traditur. In indice rubricarum atque divisione textus codex noster cum codice 5 congruit.*

7) *Codex bibliothecae regiae Babenbergensis D 33, saeculi X, quem descripserunt F. Ortloff, 'Von den Handschriften und Ausgaben des salischen Gesetzes' (1819) p. 23—31, Pertz, Leg. I, p. XIX, 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VI, p. 70. Post legem Salicam emendatam lex Ribuariorum traditur. Congruit codex in indice atque divisione titulorum cum codice 5.*

8) *Codex Vaticanus Christinae 1128, saeculi X. vel XI, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p. 205. 206, Pardessus, 'Loi Salique' p. LVI—LIX. Legem Ribuariorum index 90 rubricarum antecedit. Textus quoque legis (cum*

* p. 200. *titulus 91. *textus B in textu quoque legis a codice nostro cum antecedente titulo coniungatur) 90 titulos habet. Numeri atque rubricae titulorum in textu legis repetuntur.*

9) *Codex capituli Sangallensis 728, saeculi X, quem descripsit Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p. 210. 211. Codex in indice et titulis legis Ribuariorum cum codice 5 congruit.*

10) *Codex Musei Britannici Add. 22,398, saeculi IX, in indice atque titulis legis Ribuariorum cum codice 8 congruit. Tradit codex fol. 1—52. capitularia, quae collegit Ansegisus, fol. 53—66. edictum Pistense a. 864. a Karolo Calvo promulgatum, fol. 67—86. legem Salicam emendatam, fol. 86. 87. capitula quae in lege Salica mittenda sunt, fol. 88. interrogationes Pippini et responiones Alcuini, fol. 89—102. legem Ribuariorum. Fol. 102. dies aegyptiaci et laus Mariae virginis, fol. 103—115. (si schedas Pertzii recte intelligo) capitularia varia regum Francorum exhibentur.*

21) *Rubricae de aroene et de testamentis regum desunt.*

11) *Codex bibliothecae Hamburgensis* (olim *Corbeiensis*), saeculi IX, quem descripsit Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VI, p. 475, Leg. I, p. 265, legi Ribuariorum indicem 92 rubricarum praemittit, cum indice codicis 1 congruentem. Rubricae de aroene et de testamentis regum in indice adsunt, in textu autem legis desiderantur. Textus legis, ut in codice 1, in 91 titulos dividitur. Numeri atque rubricae titulorum (solis illis duobus rubricis de aroene et de testamentis regum exceptis) in textu legis repetuntur.

12) *Codex Paris. Lat. 4417*, saeculi IX, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XIV, in indice atque divisione titulorum legis Ribuariorum cum codice 2 congruit.

13) *Codex Paris. Lat. 4628*, saeculi X, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. XVIII, cum rubricam tituli 87 (textus B) in indice omittat, legi Ribuariorum 89 tantum rubricas praemittit. Textus legis 90 titulos habet. Congruit igitur codex (si omissionem illam in indice praetermittimus) cum codice 8.

14) *Codex Paris. Lat. 4787*, saeculi X, quem descripsit Pardessus l. cit. p. XXIII. Post legem Salicam emendatam et legem Alamannorum lex Ribuariorum exhibetur (fol. 78—108). Quamvis in numeris titulorum librarius saepe erraverit, cognosci tamen potest, codicem nostrum ex archetypo prodixisse, quod in indice et in textu legis 91 titulos numerabat (ut codex 5). In folio 95. (verso) titulo 60. (textus B) de tabulariis pictura inseritur, quae integram paginam explet. Conspicimus hominem sedentem (ut videtur), qui manu dextera denarium tenere videtur. Quam picturam ad manumissionem per denarium (tit. 59 text. B) spectare mihi persuasum habeo. Rex depictus esse videtur, dum denarium (quem servus ei offert) manu dextera super humerum laevum iactat.

15) *Codes Vaticanus Christinae 1050* (olim 379), saeculi X, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. LIV—LVI. Foliis 125—134. lex Ribuariorum traditur, indicem 90 rubricarum, textum 91 titulorum exhibens (ut codex 2).

16) *Codex Vaticanus Christinae 991* (olim 320. 1175. 1027. 723), saeculi IX, quem descripsit Pardessus, 'Loi Salique' p. LI—LII, cum codice 15 ad verbum fere congruit.

17) *Codex Ashburnham* (olim Barrois 214), saeculi X, quem descripserunt Pardessus l. cit. p. XXXIX. XL. Pertz in 'Abhandl. der Berliner Akademie' 1857, p. 89—91. Legem Ripuariorum index 91 rubricarum ante-

cedit. Numeri atque rubricae titulorum in textu legis repetuntur. Ultima ^{p. 201.} (inde a deprehensus fuerit in titulo 90, text. B) desiderantur. Quae in codice 23 inveniuntur, qui olim cum codice nostro unum eundemque codicem efficiebat. Codicem nostrum in divisione titulorum atque numero rubricarum cum codice 5 congruisse apparet.

18) *Codex Vaticanus Christinae* 338, saeculi IX. ineuntis, quem descripserunt Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' V, p. 216—218, Pardessus, 'Loi Salique' p. XLVIII. XLIX, legem Ribuariorum mutilam exhibet. Inde a titulo 39 (textus B) usque ad titulum 46 (textus B, cuius ordinem codex noster sequitur) pauca legi possunt. Reliqua usque ad finem adsunt, titulis 77—79. exceptis, qui erasi sunt. Tituli 91 a codice numerantur.

19) *Codex ducalis Guelferbytanus Gudianus* 299, saeculi IX, in 4^o, continet: fol. 1—34. legem Salicam emendatam, fol. 34—40. capitula quae ad lege Salica dicenda sunt et alia capitularia, fol. 40. traditionem Lanberti de servis donatis; fol. 41. deest, fol. 42—63. lex Ribuararia traditur, fol. 48. 57. amissa sunt. Cum tria folia desint, quaedam in indice, quaedam in textu legis desiderantur. Incipit index a rubrica 41 (= text. B) de eo qui ingenuam mulierem manum vel brachium strinxerit, quam reliquae rubricae textus B sequuntur, una tantum rubrica (de homine in domo propria occiso, tit. 65. text. B) omissa, ut finis indicis sit: XC. Ut iudicis sive missis fiscalis freda non exigant priusquam facinos componatur. In textu legis titulus de homine in domo propria occiso (tit. 65. text. B) adest, sed cum praecedente titulo (de homine in hoste occiso) sub una rubrica coniungitur. Quo fit, ut textus quoque legis 90 titulos habeat. Titulus 62. in indice inscribitur de testamentum regum vel de traditionibus seu de testibus adhibendis. In textu legis pars titulorum 34. 35 (text. B) et titulorum 61. 62 (text. B) desideratur. Quae in foliis amissis aderant.

20) *Codex capituli Eporediensis* 33, saeculi X, quem descripserunt tum Amedeus Peyron in 'Notizia dell' archivio del reverendissimo capitolo d' Ivrea' (Torino 1843), postea in libello inscripto: *Legum barbarorum fragmenta inedita et variantes lectiones ex codice Eporediensi* ('Estratto del tom. VIII, serie II. delle memorie della reale academia delle scienze', Torino 1846), tum I. Merkel in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' XI, p. 547—553, postremo Pertz in 'Abh. der Berl. Akad.' 1857, p. 81. 85 sqq., mutilam legem Ripuariorum exhibet. Codex inci-

piebat a lege Ribuaria; primum enim codicis folium, quod a volumine distractum inter ineptas chartas inventum fuit, sic inscribebatur: Incipit lex Ripuariorum, tum: Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit etc. Folia, quae primum hoc sequuntur, humore et marcore tam male mulcata fuerunt, ut velut conglutinata penitus inter se cohaerent. Nonnulla tamen ab A. Peyron expediri atque evelli potuerunt, ex quibus vidit, post legem Ribuariam statim sequi legem Salicam emendatam. Quaedam etiam b. m. Pertz vidit, qui schedis nostris inseruit, titulos 87. 88. 89. codicis cum titulis 83. 84. 85. editionis Baluzianae, id est cum titulis 85. 86. 87. textus B congruere. Quare conuicere possumus, textum legis 92, vel (si ultimus titulus a praecedenti separatus erat) 93 titulis divisum fuisse. Quae titulorum divisio cum indice codicis B 1 congruit. Rubricae igitur de aroene et de testamentis regum in codice quoque Eporediensi adfuisse videntur. In eo quoque solus codex Eporediensis noster cum codice B 1 congruit, quod scribit Ripuariorum (non: Ribuariorum).

21) *Codex Lugdunensis Vossianus* in 4^o. 119, saeculi IX, quem descripsit *Pertz in 'Archiv der Gesellschaft' *p. 202. für ältere deutsche Geschichtskunde VII, p. 737—740, fragmentum tantum legis Riboariae exhibet, a verbis tituli 60 (= text. B), c. 18: spata et conucula usque ad finem legis. Codex 91 titulos enumerat, quibus rubricae praefixae sunt.

22) *Codex Paris. Lat. 18,236* (olim 'Nouv. acq. lat.' 95), saeculi IX, sex tantum folia continet. In primo folio ultima pars legis Ribuariae invenitur, inde a verbis tituli 85. (= text. B): per venenum seu per aliquod maleficium, usque ad verba: fredum aut (sic!) non illi iudicii (sic!) tituli 91. Textus legis 91 titulis divisus erat. Singulis titulis numeri atque rubricae praefiguntur. Reliqua quinque folia partem legis Alamannorum continent.

23) *Codex Musei Britannici Egerton 269* (olim Spangenberg), saeculi X. vel. XI, quem descripserunt E. Spangenberg, 'Beyträge zu den teutschen Rechten des Mittelalters' (1822) p. 185—191, G. H. Pertz, 'Ueber einige Handschriften Deutscher Rechts- und Gesetzbücher, Abh. d. Berl. Akad.' 1857, p. 88 sqq., quaedam tantum verba legis Ribuariae exhibet. Incipit codex a verbis tituli 90: de vita componat, tum titulus 91. (= text. B) exhibetur, quem haec sequuntur: Explicit lex Ripuariorum. Reliqua in codice 17 inveniuntur, cfr. Pertz l. cit.

24) *Sichardi* quoque, *Heroldi* et *Tilii* atque *Lin-denbrogii* editiones consulendas esse putavi.

Sichardus in libello, quem inscripsit: *Leges Ribo-*

ariorum, Baiuoriorumque, quas vocant, a Theoderico rege Francorum latae, item Alamannorum leges, a Lothario rege latae, nunc primum vetustatis ergo excusae, Basileae, anno 1530, textum legis Riboariorum edidit, in 60 titulos divisum. Singulis titulis rubricae sive numeri praefiguntur. Index rubricarum deest, cum a Sichardo titulorum index confectus sit, qui rubricas tam legis Ribuariae quam legum Alamannorum atque Baiuvariorum comprehendat. A Sichardo multa in editione legis ad arbitrium mutata esse, pro certo habere possumus. Sermonem Latinum saepius correxit, voces barbaras omisit. In titulo 34 (text. B), c. 3. Sichardus scripsit: quod eum admonuerit (loco: quod eum adstrudem legitimam admallatum habet). Transiendum Sichardus correxit in transeundum (tit. 45. text. B). Rubricae de mannire (tit. 34. text. B), de intertiare (tit. 35), de adfatimire (tit. 51) a Sichardo mutatae sunt, dum scribat: de mannitione, de intertiatione, de adfatimatione; quae in nullo codice inveniuntur. Voces vel adfatimi (tit. 50. text. B), cum hariraida (tit. 66. text. B), de cinewerduunia (tit. 74, c. 6. text. B) a Sichardo omittuntur. Titulum 73 (textus B) de fistuca intercurrente integrum omisit Sichardus. Quod non aliam ob causam mihi factum esse videtur, nisi quod Sichardus titulum illum non intellexerit. Haec exempla sufficiant. Multa etiam in titulis 77. 79. 81 (text. B) a Sichardo tam omissa quam mutata sunt. Titulus ultimus (91. textus B) apud Sichardum deest. Utrum divisio legis in 60 titulos, quam Sichardus habet quaeque in nullo codice invenitur, a Sichardo inventa, an ex codice deprompta sit, in dubio relinquo. Rubricae saepius a Sichardo ad arbitrium compositae esse videntur, veluti cum titulo 77 (text. B) a Sichardo rubrica inscribatur: de reprobis (loco: de re propria vel secuta), vel titulo 82 (text. B): de turbato e via (loco: de viae lacina). Quae cum ita sint, pauca tantum e Sichardo in editione nostra adnotavi. Signavi Sichardum in notis litteris: *Sich.*

Heroldus in libro, quem inscripsit: *Originum ac germanicarum antiquitatum libri*, Basileae 1557, inter reliquas leges Barbarorum legem quoque Ripuariam e codice Fuldensi (ut videtur) edidit. Index Heroldi 91 rubricas habet, et textus quoque legis in 91 titulos dividitur. Congruit p. 208. editio *Heroldina* non cum antiquiore textu (quod falso putavit Pertz in *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde* VII, p. 751), sed cum textu nostro B, quem vulgatum appellare possumus. Quamvis Heroldus plerumque codicem suum secutus sit (quo Sichardum longe supe-

rat)²², interdum tamen Heroldus quoque ad arbitrium textum legis mutavit. Exemplum praebet titulus 87 (text. B), c. 2, ubi Heroldus habet: wargus sit ob hoc expulsus, exulet, ubi vox exulet (quae in nullo codice invenitur) aperte ab Heroldo ad locum illum interpretandum inserta est. Eodem modo lectio Heroldi domino proprio in tit. 60, c. 7. e conjectura Heroldi processisse mihi videtur. Titulus 1. legis nostrae apud Heroldum cum capitulari Karoli Magni congruit. In universum tamen spectantibus nobis Heroldiana editio maioris momenti quam Sichardiana esse videtur. Quam ob rem plura ex editione Heroldi adnotavi. Signavi Heroldum in notis litteris: Her.

Tilius, episcopus Meldensis, in libro, quem inscripsit: Aurei venerandaeque antiquitatis libelli Salicam legem continentes, a Clodoveo, Childeberto et Clotario christianissimis regibus prius editi et postremum a Carolo Magno emendati et aucti, item Leges Burgundionum, Almanorum, Saxonum, Baiwariorum, Ripuariorum ex veteribus libris emendationes et auctiores, Parisiis, ex officina Iacobi du Puy, sub signo Samaritanae, 1573, legem Ripuariorum quoque edidit. Index apud Tilius 91 rubricas habet, quae in textu legis (qui aequae in 91 titulos dividitur) repetuntur. Textus Tilianus cum textu vulgato B congruit. Interdum Tilius textum codicis sui emendasse mihi videtur, veluti cum titulo 35 (text. B) rubricam inscribat: De intertiata re, quae in nullo codice manuscripto invenitur (codices manuscripti habent: De intertiare), vel cum in titulo 39, c. 3. post consumperint addat aliquid, quod aequae in nullo codice manuscripto occurrit. Voces Franconicas saepius Tilius corrupisse mihi videtur, veluti cum scribat troutis (tit. 44. text. B, c. 2) vel harroaida (tit. 66). Plura huiusmodi inveniuntur tit. 62 (text. B), c. 1, ubi Tilius habet testimonium (pro testamento) tit. 70, c. 3, ubi Tilius scribit direpserit pro direxerit, debuerant pro coeperint etc. Signavi editionem Tilianam in notis nostris litteris: Til.

Lindembrogius in suo Codice legum antiquarum [Codex legum antiquarum in quo continentur Leges Wisigothorum, Edictum Theodorici regis, Lex Burgundionum, Lex Salica, Lex Alamannorum, Lex Baiwariorum, Decretum Tassilonis ducis, Lex Ripuariorum, Lex Saxonum, Angliorum et Werinorum, Frisionum, Langobardorum, Constitutiones Siculae seu Neapolitanae, Capitulare Karoli M. et Hludowici Imp. etc., quibus accedunt Formulae solennes

22) Nonnullae lectiones Heroldianae, quae aperte a codicum traditione discrepant, e solo calami lapsu ortae sunt, veluti cum Heroldus tit. 84, c. 1. habeat: furca (pro furto).

priscæ publicorum privatorumque negotiorum nunc primum editæ: et Glossarium sive Interpretatio rerum vocumque difficilium et obscuriorum. Francofurti 1613] legem Ripuariorum edidit, editionum Sichardi, Heroldi, Tili et quorundam codicum manuscriptorum ope usus. Pauca e Lindenbrogio adnotanda mihi esse videbantur, sub signo: Lind. Textum vulgatum B Lindenbrogius edidit, sed in 89 titulos divisum, nescio cuius codicis auctoritate. Divisio Lindenbrogiana a recentioribus editionibus recepta est.

Posteriores editiones nihil novi afferunt, cum quatuor illi codices manuscripti, quibus Baluzius in editione sua usus erat, adhuc exstant et in usum editionis nostræ denuo collati sint.

p. 204.

CAPUT III. DE EDITIONE NOSTRA LEGIS RIBUARIAE.

§. 11.

De textu A.

Textu A antiquiorem, genuino textui propinquiorem speciem legis Ribuariae exhiberi, supra ostendi (§. 8). Quam ob rem textui A in editione nostra primus locus datus est.

Quamvis in textu A edendo codicem 1 prae ceteris secutus sim (cf. supra §. 9), non tamen in omnibus solum textum codicis 1 typis mandandum esse putavi. Codex enim 1 cum plura contineat, quae errore librarii orta sunt, saepius eum e reliquis codicibus corrigendum esse putavi. Exemplo est tit. 18, c. 1, ubi codex 1 habet quas, cum scribi debuerit equas. Conferri potest etiam tit. 58, c. 1. 6. 7. editionis nostrae, ubi codicem 4 potius (cfr. supra §. 9) quam codicem 1 pro duce habendum esse putavi. Pro lege autem mihi fuit, ut codicem 1 sequerer, nisi certis argumentis textus eius corruptus esse probaretur. Lectiones reliquorum codicum in notis addidi, non omnes, sed eas, quae aliquid ad legem interpretandam vel ad voces germanicas illustrandas afferunt.

Genuinum textum legis Ribuariae absque rubricis et titulorum divisione fuisse, supra (p. 194) demonstravi. Codices A aut nullos titulos distinguunt, aut vario modo in titulos dividuntur. Plerique codices A divisionem 90 vel 91 vel 92 vel 93 titulorum exhibent, affinem 91 titulorum divisioni, quae per textum B divulgata est. Quamvis igitur divisio 89 titulorum, quae ab editionibus recentioribus tradi solet, in nullo codice inveniatur, tamen, cum in omnibus libris recentioribus, qui legem Ribuariam laudaverunt,

observata et nostra aetate usitatissima sit, abiicienda esse non mihi visa est. Codices enim A cum aut nullos aut varios titulos habeant, codex 1 titulis omnino careat, titulos atque numeros usitados retinere quam ex huius vel illius codicis auctoritate novum ordinem titulorum introducere, melius esse duxi. Quam ob rem in textu A edendo usitam divisionem 89 titulorum retinui. Lectori autem benevolo observandum est, titulorum atque capitum numeros a me additos esse et in lege Ribuaría explicanda pro non scriptis habendos esse.

§. 12.

De textu B.

Textum vulgatum B quamvis duce codice B 1 ediderim, reliquorum codicum in notis ratione habita, quaedam tamen in textu codicis 1 mutanda esse mihi videbantur. Nam cum soli codices B 1. 20. (et Heroldus in editione sua) scribant Ripuarius, Ripuaria, reliqui codices autem Ribuaríus et Ribuaría habeant, in textu B eum modum scribendi observari, quem plerique codices tradunt, ne falsa opinio oriretur, Francos Ribuaríos in codicibus Ripuaríos appellari solere. In reliquis codicem B 1, qui optimae notae codex est, sequi poteram. Divisio 91 titulorum, quam in editione textus B repetendam curavi, a codicibus B tradi solet (cfr. supra §. 10).

Haec habui de lege Ribuaría restituenda quae dicerem.

Dabam Argentorati, die 21. mensis Octobris 1882.

Rudolphus Sohm.



INDICES LEGIS RIBUARIAE.

p. 205.

Edit.

Cod. A 3.

Incipiunt capitula
legis Ribuarii.

1. 1. De ictu ingenuorum.
2. 2. De sanguinis effusione.
3. 3. De osse fracta.
4. 4. De puncto.
5. 5. De debilitatibus.
6. 6. De castratione.
7. 7. De homicidio.
8. 8. De homicidiis servorum.
9. 9. De homicidiis hominum regis.
10. 10. De homicidiis hominum ecclesiae.
11. 11. De homicidiis qui in truste rege est.
12. 12. De homicidiis mulierum.
13. 13. De homicidiis puellarum.

A 4.

Incipiunt kapitula legis Ribuariae.

1. De ictu ingenuorum.
2. De sanguinis effusione.
3. De osso fracto.
4. De puncto.
5. De debilitatibus.
6. De castratione.
7. De homicidio.
8. De homicidiis servorum.
9. De homicidiis hominum regis.
10. De homicidiis hominum ecclesiasticorum.
11. De homicidiis eorum qui in truste regis sunt.
12. De homicidiis mulierum.
13. De homicidiis puellarum.

Codd. B.

Incipiunt capitula legis Ribuariorum.

1. De ictu ingenuorum.
2. De sanguinis effusione.
3. De osse fracto.
4. De puncto.
5. De debilitatibus.
6. De castratione.
7. De homicidio.
8. De homicidiis servorum.
9. De homicidiis hominis regis.
10. De homicidiis hominum ecclesiasticorum.
11. De homicidiis eorum qui in truste regis sunt.
12. De homicidiis mulierum.
13. De homicidiis puellarum.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 3.</i>	<i>A 4.</i>
14,1.	14. De muliere ecclesiastica.	14. De muliere ecclesiastica.
14,2.		15. De puella ecclesiastica.
15.	15. De homine mortrido.	16. De homine morddrido.
16.	16. Decaptivato homine.	17. De captivo homine.
14,2.	17. De puella ecclesiastica ^a .	
17.	18. De incendio.	18. De incendio.
18.	19. De sonesti.	19. De sonestis.
19.	20. De hictu servorum.	20. De ictu servorum.
20.	21. De effusione sanguinis.	21. De effusione sanguinis servorum.
21.	22. De ossa fracta servorum.	22. De osso fracto servorum.
22.	23. De ossa fracta ingenuorum.	23. De osso fracto ingenuorum a servo.
23.	24. De hictu servorum a servo.	24. De ictu servorum a servo.
p. 206.	24. ^b	25. De sanguinis effusione servorum a servo.
	25. ^b	26. De osso fracto servorum a servo.
	26.	27. De debilitatibus servorum.
	27.	28. De castratione servorum.

Codd. B.

	14. De muliere ecclesiastica.
	15. De homine mordrido.
	16. De captivato homine vel femina ingenua.
	17. De incendio.
	18. De sonesti.
	19. De icto servorum.
	20. De effusione sanguinis.
	21. De osse fracto servorum.
	22. De osse fracto ingenuorum a servo.
	23. De ictu servorum in servo.
p. 206.	24. De sanguinis effusione servorum a servo.
	25. De osse fracto servorum a servo.
	26. De debilitatibus servorum.
	27. De castratione servorum.

a) *contextus codicis A 3 cum ordine editionis nostrae congruit.* b) *tenor titulorum 24. 25. editionis nostrae in contextu codicis A 3 cum praecedente titulo coniungitur.*

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 3.</i>	<i>A 4.</i>
28.	27. De interfectione servorum a servo.	29. De interfectione servorum.
29.	28. De furtu servorum.	30. De furtis servorum.
30,1.	29. De servo representato.	31. De incendio servorum.
30,1.		32. De servo representando.
30,2.	30. De servo infra ducatu lapsu.	33. De servo infra ducato lapsu.
30,2.	31. De servo extra ducatu lapsu.	34. De servo extra ducato lapsu.
31.	32. De homine ingenuo repraesentato.	35. De homine ingenuo repraesentando.
32.	33. De manire.	36. De manire.
33.	34. De intertiare.	37. De intertiare.
34.	35. De raptu ingenuorum vel mulierum.	38. De raptu ingenuorum vel mulierum.
35.	36. De eo qui uxore aliena tollit.	39. De eo qui uxorem alienam tulerit.
36.	37. De diversis interfectionibus.	40. De diversis interfectionibus vel conpositionibus.
37.	38. De dotis mulierum.	41. De dotis mulierum.
38.	39. De eo qui hominem innocentem ad regem accusat.	42. De eo qui hominem innocentem ad regem accusat.
39.	40. De manu stricta mulieris.	43. De eo qui ingenuam mulierem manum vel brachium strinxerit.

Codd. B.

- 28. De interfectione servorum a servo.
- 29. De furtis servorum.
- 30. De incendio servorum.
- 31. De servo representando.
- 32. De servo infra ducatum lapsu.
- 33. De homine ingenuo repraesentando.
- 34. De manire.
- 35. De intertiare.
- 36. De raptu ingenuorum vel mulierum.
- 37. De eo qui uxorem alienam tulerit.
- 38. De diversis interfectionibus.
- 39. De dotis mulierum.
- 40. De eo qui hominem innocentem ad regem accusaverit.
- 41. De eo qui ingenuae mulieri manum vel brachium strinxerit.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 3.</i>	<i>A 4.</i>
40. ^a		44. De caballo extra domini sui consilium ascensum.
41.	41. De ligaminibus ingenuorum.	45. De ligationibus ingenuorum.
42.	42. De venationibus.	46. De venationibus.
43.	43. De sepibus.	47. De sepibus.
44.		
45.		
46.	44. De quadrupedibus si homine occidit.	48. De quadrupedibus si hominem occiserint.
47.	45. De vestigio minando.	49. De vestigio menando.
p. 207. 48.	46. De hominis qui sine heredibus moritur.	50. De adfratimire.
49.	47. De agramire.	
50.	48. De testibus adhibendis.	51. De testibus adhibendis.
51.	49. De eo qui grafionem ad res alienas invadat.	52. De eo qui grafionem ad res alienas tollendas invitat.
52.	50. De rem prestata.	53. De rem prestitam.
53.	51. De eo qui grafionem interfecerit ^b .	54. De eo qui grafionem interfecit.

Codd. B.

42. De caballo extra consilium domini sui ascenso.
 43. De ligaminibus ingenuorum.
 44. De venationibus.
 45. De saepibus.
 46. De his qui in messe aliena cum carro transierit.
 47. De his qui nesciente homine aliquam furtivam rem in domo introduxerit.
 48. De quadrupedibus si hominem occiderint.
 49. De vestigio minando.
 p. 207. 50. De homine qui sine heredibus moritur.
 51. De adfatimire.
 52. De testibus adhibendis.
 53. De eo qui grafionem ad res alienas invitat.
 54. De re praestata.
 55. De eo qui grafionem interfecerit.

a) titulus 40. editionis nostrae in indice codicis A 3 desideratur, in contextu adest sub rubrica: de caballo ascendendo. b) reliquae rubricae in indice codicis A 3 desunt; sequentes rubricas ex contextu codicis A 3 deprompsi, qui cuique titulo numerum et rubricam praefigit; numeros, a scriptore codicis saepius errore confusos, omisi.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 3.</i>	<i>A 4.</i>
54. De corporibus expoliatorum.		55. De corporibus expoliatis.
55. De rachinburgiis legem dicentibus.		56. De rachinburgiis legem dicentibus.
56. De alodis.		57. De alodis.
		58. De aroen.
		59. De testamentis regum.
57. De libertis a domino ante regem dimissis.		60. De libertis a domno ante regem dimissis.
58. De tabulariis.		61. De tabulariis.
59. De venditionibus.		62. De vinditionibus.
60. De traditionibus et testibus adhibendis.		63. De traditionibus et testibus adhibendis.
61. De libertis secundum legem Romanam.		64. De libertis secundum legem Romanam.
62. De homine qui servum tributarium facit.		65. De homine qui servum tributarium facit.
63. De homine in hoste homicidium.		66. De homine in hoste occiso.
64. De homine in domo propria occiso.		67. De homine in domo propria occiso.
65. De eo qui bannum non adimplet.		68. De eo qui bannum non adimplet.
66. De sacramento.		69. De sacramento.
67. De eo qui filium non relinquit.		70. De eo qui filios non relinquit.

Codd. B.

56. De corporibus expoliatis.
 57. De rachinburgiis legem dicentibus.
 58. De alodibus.
 (59. De aroene.
 60. De testamentis regum.)
 59. (61.) De libertis a domino ante regem dimissis.
 60. (62.) De tabulariis.
 61. (63.) De venditionibus.
 62. (64.) De traditionibus et testibus adhibendis.
 63. (65.) De libertis secundum legem Romanam.
 64. (66.) De homine qui servum tributarium facit.
 65. (67.) De homine in hoste occiso.
 66. (68.) De homine in domo propria occiso.
 67. (69.) De eo qui bannum non adimplet.
 68. (70.) De sacramento.
 69. (71.) De eo qui filium non relinquit.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 3.</i>	<i>A 4.</i>
	68. De ossa super via sonans vel absque efusionem sanguinis.	71. De osso super viam sonante vel absque effusione sanguinis.
	69. De eo qui regis infidelis extitit.	72. De eo qui rege infidelis extitit.
	70. De homine a ligno interfecto.	73. De homine a ligno interfecto.
p. 208.	71. De fistuca intercurrente.	74. De fistuca intercurrente.
	72. De homine intertiato vel pecore mortuo.	75. De homine intertiato vel pecus mortuo.
	73. De homine ligato absque iudicio.	76. De homine ligato et absque iudicio dimisso.
	74. Ut nullus cum servo tradat vel commendationem faciat.	77. Ut nullus cum servo traditionem vel commutationem faciat.
	75. De rem propria vel secuta.	78. De res proprias vel sequentes eam.
	76. De materiamen furato.	79. De materiamen vel ligna furata.
	77. De homine forbatudo.	80. De homine forbattudo.
	78. De furone in domo recepto.	81. Qui furonem in domo recipit.
	79. De homine penduto.	82. De homine penduto et eius hereditate.
	80. De via lacinia.	83. De via lacina.
	81. Ut parvulus non respondeat ante 15 annus.	84. Ut parvulus non respondeat ante 15 annos.

Codd. B.

	70. (72.) De osse super viam sonante vel absque effusione sanguinis.
	71. (73.) De eo qui regi infidelis extitit.
	72. (74.) De homine a ligno interfecto.
p. 208.	73. (75.) De fistuca intercurrente.
	74. (76.) De homine intertiato vel pecore mortuo.
	75. (77.) De homine ligato absque iudicio dimisso.
	76. (78.) Ut nullus cum servo traditionem vel comparationem faciat.
	77. (79.) De re propria vel secuta.
	78. (80.) De materiamine vel lignis furatis.
	79. (81.) De homine furbattudo.
	80. (82.) De eo qui furem in domo recipit.
	81. (83.) De homine penduto et eius hereditate.
	82. (84.) De viae lacina.
	83. (85.) Ut parvulus non respondeat ante 15 annos.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 3.</i>	<i>A 4.</i>
82.	De damno in messe vel infra clusura.	85. De damno in messe vel clausuram.
83.	De maleficiis.	86. De maleficio.
84.	De graphione iniuste invitato.	87. De grafione iniuste invitato.
85.	De corpore expoliato.	88. De corpore expoliato.
86.	De caballo excortigato.	89. De caballo excorticato.
87.	De forbannito homine.	90. De homine forbannito.
88.)	Ut nemo munera in iudicio accipiat.	91. Ut nemo munera in iudicio sedens aliquando accipiat.

Codd. B.

84. (86.)	De damno in messe vel in clusura.
85. (87.)	De maleficio.
86. (88.)	De grafione iniuste invitato.
87. (89.)	De corpore expoliato.
88. (90.)	De caballo scorticato.
89. (91.)	De homine forbannito.
90. (92.)	Ut nemo munera in iudicio accipiat.
[91. (93.)	Ut iudices sive missi fiscales freda non exigant, priusquam facinus conponatur.] ^a

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 2.</i>	<i>A 7.</i>
	Incipiunt capitula de lege Ribuariorum.	Incipiunt tituli Ribuariae legis.
1.	1. De his qui ictu percusserit.	1. De ictu ingenuorum absque sanguine facto.
2.	2. Si quis ingenuus ingenuum percusserit.	2. De ictu eorum sine sanguine.
3.	3. De his in quolibet membro osso fregerit.	3. De fractura ossium.
4.	4. Si ingenuus alterum transpunerit.	4. De plagis infra capsum.
5, 1.	5. Si ingenuus auriculam excusserit.	5. De abscisione auriculae.
5, 2.	6. Si nasum excusserit.	6. De abscisione nasi.
5, 3.	7. De his qui oculum excusserit.	7. De excussione oculi. p. 209.
5, 4.	8. De his qui manum excusserit.	8. De manu abscisa.

a) *contextus codd. B ultimum titulum Ut iudices etc. exhibet, separatim a praecedente titulo; in indice codd. B 1. 2. 11—13, rubrica ultima desideratur.*

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 2.</i>	<i>A 7.</i>
5, 5—7.	9. De his qui pollicem excusserit.	9. De pollice et de digito unde sagittat excusso.
5, 8—10.	10. Si quis pedem excusserit.	10. De abscisione pedis.
6.	11. De his qui alium castraverit.	11. De castratione.
7.	12. De his qui hominem Ribuarium interfecerit.	12. De homicidiis.
8.	13. Si quis servum interfecerit.	13. De homicidiis servorum.
9.	14. De regum hominem interfectum.	} 14. De regio homine interfecto.
10.	15. De hominem ecclesiastico.	
11, 1. 2.	16. De eum qui in truste regia est interfectus.	15. De eo interfecto qui in truste regis est.
11, 3.	17. De hominem ecclesiastico qui vim tulerit aliquid.	16. De fortia regii et ecclesiastici hominis facta.
12.	} 18. De feminam Ribuarium interfecta.	17. De femina Ribuarium occisa et de aliis compositionibus.
13.		18. De puella Ribuarium occisa.
14.		19. De regia vel ecclesiastica femina pregnante occisa.
15.		20. De ingenuo occiso et ubicumque celato.
16.	20. De his qui alium vendiderit.	21. De venditione ingenuorum extra solum.
17.	21. De his qui hominem incenderit.	} 22. De incendio a servo facto.
18, 1.	} 22. De pecoribus furatis.	
18, 2.		24. De variis furtis animalium ab ingenuis factis si hoc fecerint.
18, 3.		25. De furtis servorum eorundem animalium.
		26. De hisdem furtis ab ecclesiasticis vel regii hominibus factis.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 2.</i>	<i>A 7.</i>	
19, 3.	22. De pecoribus furatis.	27. De servo qui hoc ecclesiastico vel regio homini fecerit.	
19, 1.		28. De ingenuorum ictibus usque ad tres culpos.	
19, 2.		29. De regis ecclesiasticis hominibus si hoc fecerint.	
20, 1.		30. De servo qui supradictis personis sanguinem excusserit.	
20, 2.		31. De supranominatis personis si servo hoc fecerint ^a .	
21. ^a	23. De his qui sanguinem effusionem fecerit.	32. De servo si alicui ossa ruperit.	
22.		33. De servo si regio vel ecclesiastico homini hoc fecerit.	
23.		34. De servorum inter se ictuum controversia.	
		24.	35. De servorum sanguineis plagis et de ossuum rupturis.
26.	24. De eo qui in iudicio pro servo interpellatus fuerit.	36. De homicidiis servorum inter se et eorum examinationibus ^a .	
27.		37. De eis ingenuis hominibus p. 210. qui in obsequio se commendant si inculpati fuerint, et de eorum investigationibus.	
28.			38. De matione ad mallum.
29. ^a		39. De eis qui tertio vel quarto amoniti ad mallum venire contendunt.	
30.			25. De his qui in obsequium alterius inculpatus fuerit.
31, 1. 2.	26. De his qui infra pago Ribuariam interpellatus fuerit.	40. De interciatis rebus.	
		41. De raptis feminarum.	
		42. De eo qui vivente marito uxorem illius tulerit.	
31, 3—5.	27. Si quis rem suam cognoverit, manum mittat.		
32, 1.			
32, 2—4.			
33.			
34.			

a) tituli 21. 29. editionis nostrae in cod. A 7 tam in contextu quam in indice desiderantur.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 2.</i>	<i>A 7.</i>
35, 1.	28. De his qui cum ingenua puella mechatus fuerit.	43. De eo qui ingenuam puel- lam adulteraverit.
35, 2.		
35, 3.		
36, 1.	29. De homicidiis.	44. De puellis vel mulieribus quae in verbo regis banni- tae vel ecclesiasticae sunt.
36, 2.		45. De interfectione advena- rum.
36, 3.		46. De interfectione advene Burgundionis.
36, 4.		47. De interfectione advene Romani.
36, 5.		30. De clericis, sub- diaconis, diaco- nis, presbyteris, episcopis inter- fectis.
36, 6.	49. De interfectione clerici.	
36, 7.	50. De interfectione subdia- coni.	
36, 8.	51. De interfectione diaconi.	
36, 9.	52. De interfectione presbyteri.	
36, 10.	31. De partum in femina.	53. De interfectione episcopi.
36, 10.		54. De infantibus in praegnante occisis.
36, 11. 12.	32. De res solven- das.	55. De ipsa praegnante occisa.
37.	33. De dotis muli- erum.	56. De compositionibus et qua- liter singule species adpre- cientur.
38.		57. De mulieribus desponsatis et earum dotibus.
39.	34. De his qui homi- nem innocentem ad regem accu- sat.	58. De accusatione innocentum ad regem.
40.		59. De eo qui alienae mulieri manum strinxerit.
41, 1.		60. De ascensione cavalli con- tra voluntatem domini sui.
41, 2. 3.)		61. De ingenuis ligatis.
42, 1.		62. De eo qui super res alienas ligatus fuerit.
42, 2. 3.	35. De diversis ve- nationibus fura- tis.	63. De furtis diversarum vena- tionum.
43.		64. De cervis domitis occisis vel furatis.
44.		65. De damno in sepibus vel clausuris factis.
		66. De messibus calcatis.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 2.</i>	<i>A 7.</i>
45.	35. De diversis venationibus furatis.	68. ^a De his qui nescio homine in possessione illius.
46.		69. De quadrupede qui hominem occiderit vel inter se occisa fuerint.
47.		70. De eo qui suum animal per vestigium sequitur.
48. 49. 50.		36. De his qui per genealogiis non habuit hereditatem.
51. 52. 53. 54. 1.	37. De iudicem fiscalem quem comitem vocant.	72. De testibus veritatem dicere nolentibus a iudice stringendos.
54. 2.		73. De fiscalibus iudicibus.
55.		74. De re alii prestita.
56.		75. De interfectione comitum.
57, 1—3. 57, 4. 58, 1.		38. De his qui absque liberis defunctus fuerit.
58, 2—8. 58, 9.	77. De eo qui mortuum effoderit.	
58, 10. 58, 11—13	39. De his qui tabularium contra episcopum defensare voluerit.	78. De raginburgiis legem dicere nolentibus.
58, 14.		79. De eis qui sine liberis mortui fuerint qui in eorum hereditate succedant.
58, 15—17	40. Quod si ecclesiasticus aut Romanusingenuam Ribuariam acciperit.	80. De libertis et denarialibus.
		81. De homine denariato absque liberis defuncto et de omnibus eorum rationibus.
		82. De tabulariorum matrimonii et si mechaverint.
		83. De tabulario si ancillam Ribuariam acceperit et de ecclesiasticis et regniis hominibus reliquisque personis.
		84. De Ribuario si ancille regis vel ecclesiastice seu tabulariae se sociaverit.
		85. De Ribuario si ancille alterius se sociaverit et si ingenua servum alterius tulerit et si supradictae personae mechaverint.

a) numerus 67. desideratur.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 2.</i>	<i>A 7.</i>
58, 18.	40. Quod si ecclesiasticus aut Romanus ingenuam Ribuariam acciperit.	86. De ingenua Ribuarum si servum secuta fuerit.
58, 19. 20.		
58, 21.	41. De fide factas.	87. De sacramentis.
59, 1—3.	42. De testamentis.	
59, 3.	43. De causis quod sequitur manum cancellarii.	88. De venditionibus.
59, 4—7.		
59, 7.	44. De donatione constituta.	89. De falsis testamentis et cancellariorum rationibus.
59, 8. 9.		
60, 1.	45. De locum traditionis.	90. De cartula si quis in manibus habuerit in iudicio.
60, 2—8.		91. De testibus si aliquis alicuius emptionem contenderit.
61.		92. De consorte in rebus obpresso.
62.		93. De servo si quis eum libertaverit.
63.	46. De servis tributariis interfectis.	94. De eo qui servum suum tributarium fecerit et aliquis eum interfecerit.
64.		95. De homine in hoste interfecto.
65, 1. 2.		96. De homine in propria domo interfecto.
65, 3.	47. De his qui in utilitate regis minime implebit.	97. De utilitate regis.
p. 212. 66.	48. Si quis Ribuarus sacramentum fidem fecerit.	98. De eo qui in utilitatem regis ambulaverit non suscepto.
67, 1.	49. De hominem debitum cui iudicium et omnem factum eius adunare studeat.	99. De Ribuariis quomodo et qualiter facere debent.
67, 2—4.		
67, 5.	50. De hominem qui in caput plagatus fuerit.	100. De eis qui fide facta de sacramento in hostem banniti fuerint.
68.		101. De eis qui pro hereditate decertare coeperint.
69.		102. De rupturis ossium vel consideratione eorum.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 2.</i>	<i>A 7.</i>
70, 1.	51. De homine a ligno seu a quolibet manufactile fuerit interfectus.	103. De infidelitate regis et si quis proximum suum interfecerit et de aliarum personarum interfectionibus.
70, 2—5. 71.	52. De his qui fossam vel puteum fecerit.	104. De homine qui ubicumque decipulam fecerit.
72, 1. 2.	53. De his qui hominem intertiaverit.	105. De eo qui hominem interfecerit et infra placitum mortuus fuerit et de aliis his similibus.
72, 3—5.	54. De his qui in quadruvio hominem interfecerit.	
72, 6—9.	55. De animalibus intertiatis.	
73, 1. 73, 2—4.	56. De his qui furem ligaverit.	106. De eo qui furem ligaverit. 107. De eo qui furem alicui per vim tulerit.
74.	57. Ut nullus cum servo alieno negotium faciat.	108. De eo qui servo aliquid commendaverit.
75. 76.	58. De his qui caballum, hominem in via prisserit.	109. De homine vel cavallo ubicumque represso. 110. De eo qui alterius capelatum materium de silva tulerit vel alias designatas res abstraxerit.
77.	59. Si quis hominem super res suas comprehenderit.	111. De eo qui non prevaluerit ligare hominem quem super res suas invenerit et de his similibus.
78.		112. De eo qui furem in domo sua receperit.
79.		113. De eo qui pro culpis damnatus ad mortem fuerit, ut res eius heredes ipsius non perdant.
80. 81.		60. Si quis homo Ribuarius defunctus fuerit.
82, 1. 82, 2.	61. Si quis peculium in messe adpraehenso.	116. De estimatione damni. 117. De peculio in messe depraehenso.

<i>Edit.</i>	<i>Cod. A 2.</i>	<i>A 7.</i>
83.	61. Si quis peculium in messe ad praehenso.	118. De maleficiis.
84.		119. De eo qui grafionem ad malefaciendum invitaverit.
85.	62. Si quis grafionem iniuste invitaverit.	120. De mortuis expoliatis.
86.		121. De cavallis et aliis animalibus decoriatis.
87.	63. Si quis hominem qui forbannitus est in domo recipit.	122. De forbannitis hominibus.
88.		123. De fredis non exigendis antequam componatur.
89.		
		Explicat.

a) cum numerus 67 omissus sit, cod. A 7 re vera 123 rubricas habet. Cod. A 6, qui titulum 21. editionis nostrae non omisit, 124 rubricas enumeravit.

LEX RIBUARIA.

p. 213.

E CODD. A.

INCIPIT LEGIS RIBUARIII.

I.

Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit, solidum 1 culpabilis iudicetur. Si bis, duos solidos; si ter, 3 solidos culpabilis iudicetur.

II.

Si quis ingenuus ingenuum percusserit, ut sanguis exiat, terra tangat, bis novem solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum sex iurit.

III.

Si quis ingenuus ingenuum in quolibet membro osso fregerit, 36 solidos culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit.

E CODD. B.

p. 213.

INCIPIT LEX RIBUARIORUM.

I.

De ictu ingenuorum.

Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit, solido 1 culpabilis iudicetur; si bis, duobus solidis. Si ter, tribus solidis culpabilis iudicetur.

II.

De sanguinis effusione.

Si quis ingenuus ingenuum percusserit, ut sanguis exeat terramque tangat, 18 solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 6 iuret.

III.

De osse fracto.

Si quis ingenuus ingenuo in quolibet membro os fregerit, 36 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret.

E CODD. A.

IV.

Si quis ingenuus altero transpuncxerit, aut infra costas placaverit, 36 solidos culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit.

p. 214.

V.

1. Si quis ingenuus ingenuum auriculam excusserit, ut audire non possit, 100 solidos culpabilis iudicetur. Si autem audire non perdiderit, 50 solidos culpabilis iudicetur.

2. Si nasum excusserit, ut muccare non possit, 100 solidos culpabilis iudicetur. Si muccare praevalit, 50 solidos culpabilis iudicetur.

In codd. 6. 7 hoc caput ita legitur:

Si quis ingenuus ingenuo nasum excusserit, ut muccum retinere non possit, 50 solidos culpabilis iudicetur. Et si muccum retinere poterit, 25 solidos culpabilis iudicetur.

3. Si quis ingenuus ingenuum oculum excusserit, 100 solidos culpabilis iudicetur. Si visum in oculum restiterit, et videre non poterat, 50 solidos culpabilis iudicetur.

E CODD. B.

IV.

De puncto.

Si quis ingenuus alterum transpuncxerit, aut infra costas plagaverit, 36 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret.

p. 214.

V.

De debilitatibus.

1. Si quis ingenuus ingenuo auriculam excusserit, ut audire non possit, 100 solidis culpabilis iudicetur. Si autem auditum non perdiderit, 50 solidis componat

2. Si nasum excusserit, ut muccare non possit, 100 solidis culpabilis iudicetur. Si muccare praevalet, 50 solidis componatur.

3. Si quis ingenuus ingenuo oculum excusserit, 100 solidis culpabilis iudicetur. Si visus in oculo restiterit, ita ut videre non^a possit, 50 solidis culpabilis iudicetur.

a) non inserunt 1. 4—10. 12. Her.; deest 2. 3. 11. 13—17. 19. et apud Sich. Til. Lind.

E CODD. A.

4. Si manum excusserit, 100 solidos culpabilis iudicetur. Si manus ibidem manca penderit, 50 solidis conponatur.

5. Si quis ingenuus ingenuo pollicem excusserit, 50 solidos culpabilis iudicetur. Quodsi plex ibidem mancus pependerit, 25 solidos culpabilis iudicetur.

6. Sic in omni mancatione, si membrus mancus pependerit, medietate conponat, quam conponere debuerit, si ipse membrus abscisus fuisset.

7. Si secundo digito, unde sagittatur, excusserit, 36 solidis conponatur.

8. Si quis ingenuus ingenuum pedem excusserit, 100 solidis conponatur. Si pedes ibidem mancus pependerit, 50 solidos culpabilis iudicetur.

9. Si articulum qualemcunque amputaverit, 36 solidos culpabilis iudicetur.

10. Ista omnia si negaverit, cum sex iurit, quod hoc non fecisset.

E CODD. B.

4. Si manum excusserit, 100 solidis culpabilis iudicetur. Si manus ibidem manca pendiderit, 50 solidis conponat.

5. Si quis ingenuus ingenuo pollicem excusserit, 50 solidis culpabilis iudicetur. Quod si pollix ibidem mancus pendiderit, 25 solidis culpabilis iudicetur.

6. Sic in omni mancatione, si membrum mancum pendiderit, medietate conponat, quam conponere debuerat, si ipsum membrum abscisum fuisset.

7. Si secundus digitus, unde sagittatur, excussus fuerit, 36 solidis conponatur.

8. Si quis ingenuus ingenuo pedem excusserit, 100 solidis conponat. Si pes ibidem mancus pendiderit, 50 solidis culpabilis iudicetur.

9. Si articulum qualecumque amputaverit, 36 solidis culpabilis iudicetur.

10. Ista omnia si negaverit, cum 6 iuret, quod hoc non fecisset.

E CODD. A.

VI.

Si quis ingenuus ingenuum castraverit, 200 solidos
p. 215. culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12 iurit.

VII.

Si quis homo ingenuum Ribuarium interfecerit,
200 solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum
12 iurit.

VIII.

Si quis servum interfecerit, 36 solidos culpabilis
iudicetur, aut cum sex iurit, quod hoc non fecissit.

IX.

Si quis regium hominem interfecerit, 100 solidos
culpabilis iudicetur, aut cum 12 iurit.

E CODD. B.

VI.

De castratione.

* p. 215. Si quis ingenuus ingenuum castraverit, 200 solidis * culpa-
bilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12 iuret.

VII.

De homicidio.

Si quis homo ingenuum Ribuarium interfecerit, 200 soli-
dis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12 iuret.

VIII.

De homicidiis servorum.

Si quis servum interfecerit, 36 solidis culpabilis iudicetur,
aut cum 6 iuret, quod hoc non fecisset.

IX.

De homicidiis hominum regis.

Si quis hominem regium interfecerit, 100 solidis culpa-
bilis iudicetur, aut cum 12 iuret.

E CODD. A.

X.

p. 216.

1. Si quis hominem ecclesiasticum interfecerit, 100 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 12 iurit.

2. Sic in reliqua conposicione, unde Ribuarios 15 solidos culpabilis iudicetur, regius et ecclesiasticus homo medietatem conponat, vel deinceps quantumcunque culpa ascenderit.

XI.

1. Si quis eum interfecerit qui in truste regia est, 600 solidos culpabilis iudicetur. Et quidquid ei fietur, similiter sicut de reliquo Ribuario in triplo conponatur.

2. De hoccisione eius, si negaverit, cum 72 iurit.

3. Si quis regio aut ecclesiastico homine de quacumquelibet rem forcium fecerit et per vim tollerit, in triplo sicut reliquo Ribuario conponatur*.

*) aut simili modo cum 72 iuret addit 9.

E CODD. B.

X.

p. 216.

De homicidiis hominum ecclesiasticorum.

1. Si quis hominem ecclesiasticum interfecerit, 100 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 12 iuret.

2. Sic in reliqua conpositione, unde Ribuarus 15 solidis culpabilis iudicetur, regius et ecclesiasticus homo medietatem conponat, vel deinceps quantumcunque culpa ascenderit.

XI.

De homicidiis eorum, qui in truste regis sunt.

1. Si quis eum interfecerit, qui in truste regia est, 600 solidis culpabilis iudicetur. Et quicquid ei fiet, similiter sicut de reliquo Ribuario in triplum conponatur.

2. De occisione eius, si negaverit, cum 72 iuret.

3. Si quis regio aut ecclesiastico homini de quacumquelibet re fortiam fecerit et per vim tulerit, in triplum sicut reliquo Ribuario conponat.

E CODD. A.

XII.

1. Si quis feminam Ribuariam interfecerit, postquam parere ceperit, usque ad quadragesimum annum, p. 217. 600 solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 72 iurit.

2. Et ubicumque sexcenti solidi accedunt, si ille homo pauper fuerit, ut insimul solvere non possit, per tres decessiones filiorum solvat.

XIII.

Si quis puellam Ribuariam interfecerit, 200 solidos culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12 iurit.

XIV.

1. Si quis feminam regiam aut ecclesiasticam parientem interfecerit, tricentus solidus culpabilis iudicetur, aut cum 36 iurit.

E CODD. B.

XII.

De homicidiis mulierum.

1. Si [quis] feminam Ribuariam interfecerit, postquam pariturire caeperit, * p. 217. usque ad quadragesimum annum, 600 solidis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 72 iuret. Et ubicumque 600 solidi accedunt, simili modo cum 72 iuret.

2. Si ille homo pauper fuerit, ut insimul solvere non possit, per tres decessiones filiorum solvat.

XIII.

De homicidiis puellarum.

Si quis puellam Ribuariam interfecerit, 200 solidis culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 12 iuret.

XIV.

De muliere ecclesiastica.

1. Si quis feminam regiam aut ecclesiasticam parientem interfecerit, 300 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 36 iuret.

E CODD. A.

2. Quod si puellam aut post quam* quadraginsimum annum interfecerit, 200 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 12 iurit.

*) quam in solo cod. 1 legitur; vox aut in capite nostro idem significat ac si scriptum esset: id est; cfr. infra tit. 31, c. 1.

XV.

Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium interfecerit, et eum cum ramo aut callis vel in pucio seu in aqua quocumque libet loco celari voluerit, quod dicitur mordridus, 600 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 70 iurit.

XVI.

p. 218.

Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium extra solum vendiderit, et eum iterum ad solum non potuerit reducere, 600 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 72 iurit. Et si eum in solum reducerit, 200 solidos culpabilis iudicetur. Quod et de femina ingenua similiter convenit observare.

E CODD. B.

2. Quod si puellam post quadragesimum annum interfecerit, 200 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 12 iuret.

XV.

De homine mordrido.

Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium interfecerit, et eum cum ramo cooperuerit vel in puteum seu in quocumque libet loco caelare voluerit, quod dicitur mordridus, 600 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 72 iuret.

XVI.

p. 218.

De captivato homine vel femina ingenua.

Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium extra solum vendiderit, et eum iterum ad solum non potuerit reducere, 600 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 72 iuret. Et si eum in solum reducerit, 200 solidis culpabilis iudicetur. Quod et de femina ingenua similiter convenit observari.

E CODD. A.

XVII.

1. Si quis hominem per noctem latenter incendit, 600 solidos culpabilis iudicetur, et insuper damno et dilatura restituat. Aut si negaverit, cum 72 iurit.

2. Si servus hoc fecerit, 36 solidos culpabilis iudicetur, et insuper damno et dilatura restituat. Aut si negaverit, dominus eius cum 6 iurit.

XVIII.

1. Quod si ingenuos sonesti, id est 12 equas cum amassario, aut 6 scrivas cum verre, vel 12 vacas cum tauro furaverit, 600 solidos culpabilis iudicetur, et insuper capitale et dilatura restituat. Quod si multi ingenui fuerint, sicut in omne texacam constituemus, unusquisque 600 solidos culpabilis iudicetur, et insuper capitale et dilaturam restituat. Aut si negaverit, singuli cum 72 iurit.

p. 219. 2. Quod si servus hoc fecerit, 36 solidos culpabilis

E CODD. B.

XVII.

De incendio.

1. Si quis hominem per noctem latenter incenderit, 600 solidis culpabilis iudicetur, et insuper damnum et dilaturam restituat. Aut si negaverit, cum 72 iuret.

2. Si servus hoc fecerit, 36 solidis culpabilis iudicetur, et insuper damnum et dilaturam restituat. Aut si negaverit, dominus eius cum 6 iuret.

XVIII.

De sonesti.

1. Quod si ingenuus sonesti, id est 12 equas cum amassario, aut 6 scrivas cum verre, vel 12 vacas cum tauro furatus fuerit, 600 solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et dilaturam restituat. Quod si multi ingenui fuerint, sicut in omni furto constituimus, unusquisque 600 solidis culpabilis iudicetur, et insuper capitale et dilaturam restituant. Aut si negaverint, singuli cum 72 iurent.

p. 219. 2. Quod si servus hoc fecerit, 36 solidis culpabilis iudi-

E CODD. A.

iudicetur, et insuper capitale et dilaturam restituat. Et si multorum servi fuerint, unusquisque per semetipsum similiter faciant. Aut si negaverint, dominus eorum cum sex iurit.

3. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerint, medietatem compositionem Francorum culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum 36 iurit.

XIX.

1. Si ingenuos servo ictu percusserit, ut sanguis non exiat, usque ternos colpus singulos solidos componat. Aut si negaverit, cum 6 iurit.

2. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerit, 3 solidos culpabilis iudicetur, aut cum sex iuret.

3. Quod si servus homine regio aut ecclesiastico vel Franco hoc fecerit, per ternos ictos 3 solidos componat. Aut si negaverit, dominus eius cum 6 iurit.

E CODD. B.

cetur, et insuper capitale et dilaturam restituat. Et si multorum servi fuerint, unusquisque per semetipsum similiter faciat. Aut si negaverint, domini eorum cum 6 iurent.

3. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerit, medietate compositionis Francorum culpabilis iudicetur. Aut si negaverint, cum 36 iuret.

XIX.

De ictu servorum.

1. Si ingenuus servum ictu percusserit, ut sanguis non exeat, usque ternos colpos* singulos solidos componat. Aut si negaverit, cum 6 iuret.

2. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc fecerit, 3 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret.

3. Quod si servus homini regio aut ecclesiastico vel Franco hoc fecerit, per ternos ictus 3 solidos componat. Aut si negaverit, dominus eius cum 6 iuret.

*) quod nos dicimus bunislegi *inserunt* 3. 4.

E CODD. A.

XX.

1. Si servus ingenuo sanguinis effusionem fecerit aut regio vel ecclesiastico homine, quinto demedio solido culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, dominus eius cum 6 iurit.

2. Similiter si ingenuus aut regius vel ecclesiasticus homo servo hoc fecerit, quinto demedio solido culpabilis iudicetur*.

*) aut cum sex iuret *addunt* 3. 6. 7. 9; aut dominus eius cum sex iuret *addit* 10.

XXI.

Quod si ingenuus aut regius vel ecclesiasticus homo servo osso frigerit, 9 solidos culpabilis iudicetur, aut domino eius cum 6 iurit.

XXII.

Quod si servos hominem Franco aut Ribuario
p. 220. ossa frigerit, dominus eius 36 solidos culpabilis iudi-

E CODD. B.

XX.

De effusione sanguinis.

1. Si servus ingenuo aut regio vel ecclesiastico homini sanguinis effusionem fecerit, 5. dimedio solido culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, dominus eius cum 6 iuret.

2. Similiter si ingenuus aut regius vel ecclesiasticus homo hoc servo fecerit, 5 dimedio solido culpabilis iudicetur, aut [dominus eius] cum 6 iuret.

XXI.

De osse fracto servorum.

Quod si ingenuus aut regius vel ecclesiasticus homo servo os fregerit, 9 solidis culpabilis iudicetur, aut dominus eius cum 6 iuret.

XXII.

De osse fracto ingenuorum a servo.

* p. 220. Quod si servus homini Franco aut *Ribuario os fregerit, dominus eius 36 solidis culpabilis iudicetur. Si autem regio

E CODD. A.

cetur. Si autem regio aut ecclesiastico homine hoc fecerit, bis 9 solidos culpabilis iudicetur.

XXIII.

Quod si servus servo hictu uno vel duobus seu tribus percusserit, nihil est. Sed tamen propter pacis studium tremisse* conponat.

*) id sunt 4 denarios *addunt* 9. 10.

XXIV.

Si autem servus servum sanguinem effusionem fecerit, tercio demedio solido culpabilis iudicetur.

XXV.

Si osso ei frigerit, 6 solidos culpabilis iudicetur.

XXVI.

Quod si oculum, auriculam, nasum, manum, pedem excusserit, bis 9 solidos dominus eius culpabilis iudicetur*.

*) aut cum 6 iuret *addunt* 6. 7.

E CODD. B.

aut ecclesiastico homini hoc fecerit, 18 solidis culpabilis iudicetur.

XXIII.

De ictu servorum in servo.

Quod si servus servum ictu uno vel duobus seu tribus percusserit, nihil est. Sed tamen propter pacis studium tremissem, id est 4 dinarios, conponat.

XXIV.

De sanguinis effusione servorum a servo.

Si autem servus servo sanguinis effusionem fecerit, tertio dimedio solido culpabilis iudicetur.

XXV.

De osse fracto servorum a servo.

Si os ei fregerit, 5 solidis culpabilis iudicetur.

XXVI.

De debilitatibus servorum.

Quod si oculum, auriculam, nasum, manum, pedem excusserit, 18 solidis dominus eius culpabilis iudicetur.

E CODD. A.

XXVII.

Si autem eum castraverit, 36 solidos culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit.

XXVIII.

Si autem servus servum interfecerit, dominus eius 36 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod servus eius hoc non fecisset.

XXIX.

Quod si servus furtum fecerit, dominus eius 36 solidos culpabilis iudicetur; excepto capitale et dilaturam restituat*.

*) aut cum sex iuret, quod hoc non fecisset *addit 3.*

p. 221.

XXX.

1. Quod si quis in iudicio pro servo interpellatus fuerit, quod si servos tales non fuerit, unde dominus eius de fiducia securus esse posset, in iudicio respon-

E CODD. B.

XXVII.

De castratione servorum.

Si autem eum castraverit, 36 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret.

XXVIII.

De interfectione servorum a servo.

Si autem servus servum interfecerit, dominus eius 36 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod servus eius hoc non fecisset.

XXIX.

De furtis servorum.

Quod si servus furtum fecerit, dominus eius 36 solidis culpabilis iudicetur; excepto capitale et delatura restituat.

p. 221.

XXX.

De incendio servorum.

Quod si quis in iudicio pro servo interpellatus fuerit, quod si servus talis non fuerit, unde dominus eius de fiducia securus esse possit, dominus eius in iudicio pro eo respondeat. Inter-

E CODD. A.

deat* ad interrogationis: 'Sta tu', et liceat ei sine tanganu loquere*, et dicat: 'Ego ignoro, utrum servos meos culpabilis an innocens ex hoc extederet; propterea eum secundum legem Ribuariam super 14 noctis ad igneum repraesento'. Et sic eius praesentiam cum fistuca fidem faciat. Quod si servus in igneum ^{p. 222.} manum miserit, et laesam tulerit, dominus eius, sicut lex continet, de furtu servi culpabilis iudicetur.

*) *In codicibus hic locus ita legitur: respondeat ad interrogationis stabat. liceat ei sine tanganu loquere 1; respondeat ad interrogationes stabat, liceat haec sine tanganu loquere 2; respondeat interrogatus respondeat stet, liceat haec sine tangano loquere 3; respondeat ad interrogationes sto et liceat ei sine tangano loquere 4; respondeat ad interrogationes stabat. liceat sine tangano loquere 5; respondeat interrogatus stet et sine tangano loquatur 9; interrogatus respondeat et sine tangano loquatur 10; codd. 6. 7, toto initio huius capituli mutato, ita legunt: Quod si servus in iudicio pro servo interpellatus fuerit, de fiducia securus esse, quod si servus talis non fuerit, unde dominus eius in iudicio pro eo respondere possit, dominus interrogatus respondeat; ego sta tu scripsi ex coniectura, argumento tituli 59, c. 8. infra.*

2. Quod si servus, quando dominus interpellatur,

E CODD. B.

rogatus respondeat, et sine tangano loquatur, et dicat: 'Ego ignoro, utrum servus meus culpabilis an innocens de hoc extiterit'.

XXXI.

p. 222.

De servo representando.

Propterea eum secundum legem Ribuariam super quatuordecim noctes ad ignem repraesento. Et sic de eius praesentia cum fistuca fidem faciat. Quod si servus in ignem manum miserit, et laesam tulerit, dominus eius, sicut lex continet, de furtu servi culpabilis iudicetur.

XXXII.

De servo infra ducatum lapsu.

1. Quod si servus, quando dominus interpellatus fuerit,

E CODD. A.

infra ducato fuga lapsus fuerit, supra 14 noctis aut ipsum repraesentit, aut pro eum faciat rationem*.

*) *Codex 4 hic inserit:*

XXXIV. Si autem extra ducato fuga lapsus fuerit, super quadraginta noctes eum representare studeat, aut ipse respondeat pro eo.

- p. 223. Quod si postquam eum ad igneum placuerit, fuga lapsus fuerit, ad placitum veniens cum tribus testibus in haraho coniurit, quod servus illi, quem ad igneum repraesentare debuerat, extra eius voluntate fuga lapsus sit, et sic denuo placitus ei concidatur, ut super 14 noctes seu super 40 noctis eum repraesentare studeat; aut ipse in rem respondeat.

XXXI.

1. Quod si homo aut* ingenuos in obsequium alterius inculpatus fuerit, ipse qui eum post se eodem tempore retenuit, in praesentia iudicis similiter, sicut superius comprehensum est, repraesentare studiat, aut in rem respondere.

*) *Cfr. tit. 14, c. 2.*

E CODD. B.

infra ducatum fuga lapsus fuerit, supra quatuordecim noctes aut ipsum repraesentet, aut pro eo faciat rationem.

- p. 223. 2. Quod si postquam eum ad ignem applicuerit, fuga lapsus fuerit, ad placitum veniens cum tribus testibus in araho coniuret, quod servus ille, quem ad ignem repraesentare debuerat, extra eius voluntatem fuga lapsus sit, et sic denuo placitus ei concedatur, ut super quatuordecim seu super 40 noctes eum repraesentare studeat; aut ipse in re respondeat.

XXXIII.

De homine ingenuo repraesentando.

1. Quod si homo ingenuus in obsequio alterius inculpatus fuerit, ipse qui eum post se eodem tempore retinuit, in praesentia iudicis similiter, sicut superius comprehensum est, repraesentare studeat, aut in re respondere.

E CODD. A.

2. Quod si eum non repraesentaverit, talem damnum incurrat, qualem ille sustinere debuerat, qui in eius obsequium est inculpatus.

3. Hoc autem constituemus, ut infra pago Ribua-^{p. 224.}rio tam Franci, Burgundionis, Alamanni, seu de quacumque natione commoratus fuerit, in iudicio interpellatus, sicut lex loci continet, ubi natus fuit, sic respondeat.

4. Quod si damnatus fuerit, secundum legem propriam, non secundum Ribuariam, damnum sustineat.

5. Quod si in provincia Ribuaria iuratores invenire non potuerit, ad igneo seu ad sortem excusare studeat.

XXXII.

1. Si quis legibus ad mallum manitus fuerit, et non venerit, si eum sunnis non detenuerit, 15 solidos culpabilis iudicetur. Illi vero, qui alium manit, et ipse non venerit, similiter 15 solidos culpabilis iudicetur.

E CODD. B.

2. Quod si eum non repraesentaverit, tale damnum incurrat, quale ille sustinere debuerat, qui in eius obsequio est inculpatus.

3. Hoc autem constituimus, ut infra pagum Ribuarium^{p. 224.} tam Franci, Burgundiones, Alamanni, seu de quacumque natione commoratus fuerit, in iudicio interpellatus, sicut lex loci continet, ubi natus fuit, sic respondeat.

4. Quod si damnatus fuerit, secundum legem propriam, non secundum Ribuariam, damnum sustineat.

5. Quod si in provincia Ribuaria iuratores invenire non potuerit, ad ignem seu ad sortem se excusare studeat.

XXXIV.

De mannire.

1. Si quis legibus ad mallum manitus fuerit, et non venerit, si eum sunnis non detenuerit, 15 solidis culpabilis iudicetur. Ille vero, qui alium mannit, et ipse non venerit, similiter 15 solidis culpabilis iudicetur.

E CODD. A.

2. Sin autem manitus fuerit ad secundo mallo, aut a tertio, seu ad quarto, vel quinto, usque ad sexto venire distullerit, pro unoquemque mallo, si illi, qui
 * p. 225. eum manit, cum tribus raginburgiis in haraho coniuverit, quod legitimi manitum habuerit, 15 solidos culpabilis iudicetur.

3. [Quod si ad septimo mallo non venerit, *] tunc illi, qui eum manit, ante comite cum septem raginburgiis in haraho iurare debet, quod eum ad strude legitima admallatum habet; et sic iudex fiscalis ad domum illius accedere debet, et legitima strude exinde auferre et ei tribuere, qui eum interpellavit, hoc est ad septem raginburgiis unicuique 15 solidos, et ei, qui causam sequitur, 45.

4. Quod si ipsam strudem contradicere voluerit, et ad ianuam suam cum spata tracta accesserit, et eam in portam sive in poste posuerit, tunc iudex fideiussores ei exigit, ut se ante regem repraesentit, et ibidem cum arma sua [contra *] contrarium suum re studeat defensare.

*) Quae uncinis inclusa sunt, in codice 1 desiderantur.

E CODD. B.

2. Si autem mannitus fuerit ad secundum mallum, aut
 * p. 225. ad tertium, seu ad quartum, vel ad quintum, usque ad sextum venire distulerit, pro unoquoque mallo, si ille, qui eum manit, cum tribus rachinburgiis in aracho coniuverit, quod legitime mannitus fuerit, 15 solidis culpabilis iudicetur.

3. Quod si ad septimum mallum non venerit, tunc ille, qui eum manit, ante comitem eum septem rachinburgiis in araho iurare debet, quod eum ad strudem legitimam admallatum habet; et sic iudex fiscalis ad domum illius accedere debet, et legitimam strudem exinde auferre et ei tribuere, qui eum interpellavit, hoc est septem rachinburgiis unicuique 15 solidos, et ei, qui causam sequitur, 45.

4. Quod si ipsam strudem contradicere voluerit, et ad ianuam suam cum spata tracta accesserit, et eam in porta sive in poste posuerit, tunc iudex fideiussores ei exigit, ut se ante regem repraesentet, et ibidem cum armis suis contra contrarium suum se studeat defensare.

E CODD. A.

XXXIII.

p. 226.

1. Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam. Et sic illi, super quem interciatur, tercia manu querat, tunc in praesente ambo coniurare debent cum dexteris armatas, et cum sinistras ipsam rem teneant. Unus iurit, quod in propriam rem manum mittat; et alius iuret, quod ad eam manum trahat, qui ei ipsam rem dedit. Et sic infra ducato est, super 14 noctes auctorem suum repraesentit. Si foris ducato, super 42. Si autem extra regno, super 84 ad regis staffolo, vel ad eo locum, ubi amallus* est, auctorem suum in praesente habeat.

*) Sic 1; amallatus 2. 3; mallatam 6. 7; mallus 4. 5. 9. 10.

2. Quod si eum ibidem habere non potuerit, sibi septimus in harao coniurit, quod eum ibidem legibus manitum habuisset, et ei ab alio homine ipsa res tradita non fuisset. Sic ei placitum super 14 seu super 40 vel 80 noctis detur, ut de cinu werduinia* sua in

*) i. e. de pretio suo, cfr. infra tit. 72, c. 7.

E CODD. B.

XXXV.

p. 226.

De intertiare.

1. Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam. Et sic ille, super quem intertiatur, tertiam manam quaerat, tunc in praesente ambo coniurare debent cum dextera armata, et cum sinistra ipsam rem teneant. Unus iaret, quod in propriam rem manum mittat; et alius iaret, quod ad eam manum trahat, quae ei ipsam rem dedit. Et si infra ducatum est, super quattuordecim noctes auctorem suum repraesentet. Si foris ducatu, super 40. Si autem extra regnum, super 80 ad regis staffolum, vel ad eum locum, ubi mallus est, auctorem suum in praesente habeat.

2. Quod si eum ibidem habere non potuerit, sibi septimus in arabo coniuret, quod eum ibidem legibus manitum habuisset, et sibi ab alio homine ipsa res tradita non fuisset. Sic ei placitum super quattuordecim seu super 40 vel 80 noctes detur, ut cinewerduniam suam in praesentia testium recipiat,

E CODD. A.

praesentia testibus recipiat, et ei, qui rem suam interciavit, probabiliter ostendat. Et tunc ipse de taxaga securus sit, et ille, qui interciavit, taxaga et dilatura ad eum requirat, qui solvere coepit.

3. Quod si auctor suos venerit et rem interciatam recipere rennuerit, tunc illi, super quem interciata est, capitale et dilatura adque taxaga solvere studeat.

4. Quod si in ipsa hora, quando res interciatur, responderet, quod fordronem suum nesciat, tunc in praesente sacramento sibi septima mano fidem faciat et super 14 noctes eum iurare studiat, quod ad auctorem vel casa seu postim ianuae auctoris suae nesciat, et ipsam rem sine damno reddat.

XXXIV.

1. Si quis ingenuus ingenuam rabuerit, bis centenos solidos noxius iudicetur. Quod si tres inienui cum ipso fuerint, unusquisque eorum bis trigenus solidus noxii iudicentur. Et quanti super illos 4 fuerint, unusquisque ter quinus solidus noxius iudicetur.

E CODD. B.

et ei, qui rem suam interciavit, probabiliter ostendat. Et tunc ipse de furto securus sit, et ille, qui interciavit, furtum et dilaturam ab eo requirat, qui solvere caepit.

3. Quod si auctor suos venerit et rem interciatam recipere rennuerit, tunc ille, super quem interciata est, capitale et dilaturam atque furtum solvere studeat.

4. Quod si in ipsa hora, quando res interciatur, responderit, quod fordronem suum nesciat, tunc in praesente de sacramento sibi septima manu fidem faciat et super quattuordecim noctes adiurare studeat, quod auctorem vel casam seu postem ianuae auctoris sui nesciat, et ipsam rem sine damno reddat.

XXXVI.

De raptu ingenuorum vel mulierum.

1. Si quis ingenuus homo ingenuam feminam rapuerit, 200 solidis noxius iudicetur. Quod si tres ingenui cum ipso fuerint, unusquisque eorum 60 solidis noxii iudicentur. Et quanti super illos 4 fuerint, unusquisque 15 solidis noxius iudicetur.

E CODD. A.

2. Quod si regius aut ecclesiasticus homo hoc *p. 228.* fecerit, bis quinquagenus solidus culpabilis iudicetur.

3. Similiter illi tres, qui ei auxiliaverint, unusquisque trigenus solidus culpabilis iudicetur. Et quanti super hos fuerint, unusquisque octavo simisolido multetur.

4. Quod si servos hoc fecerit, de vita conponatur.

XXXV.

1. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marido, ducenus solidus multetur.

2. Si quis cum ingenuam puellam moecatus fuerit, 50 solidos culpabilis iudicetur.

3. Si quis ingenuam puellam vel mulierem, qui in verbo regis vel ecclesiastica est, accipere vel seducere seu parentum voluntatem de mundeburde abstulerit, bis 30 solidos culpabilis iudicetur. *p. 229.*

E CODD. B.

2. Quod si regius aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, *p. 228.* 100 solidis culpabilis iudicetur.

3. Similiter illi tres, qui ei auxilium praebuerint, unusquisque 30 solidis culpabilis iudicetur. Et quanti super hos fuerint, unusquisque octavo semisolido multetur.

4. Quod si servus hoc fecerit, de vita conponat.

XXXVII.

De eo qui uxorem alienam tulerit.

1. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, 200 solidis multetur.

2. Si quis cum ingenua puella moechatus fuerit, 50 solidis culpabilis iudicetur.

3. Si quis ingenuam puellam vel mulierem, quae in verbo regis vel ecclesiastica est, accipere vel seducere seu parentum *p. 229.* voluntate de mundeburde abstulerit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

E CODD. A.

XXXVI.

1. Si quis Ribuarus advenam Francum interfecerit, 200 solidos culpabilis iudicetur.
2. Si quis Ribuarus advenam Burgundionem interfecerit, bis 80 solidis multetur.
3. Si quis Ribuarus advenam Romanum interfecerit, bis quinquagenus solidus multetur.
4. Si quis Ribuarus advenam Alamannum seu Fresionem vel Bogium, Saxonem interempserit, bis octuagenus solidus culpabilis iudicetur.
- p. 230. 5. Si quis clericum ingenuum interfecerit, bis quinquagenus solidus culpabilis iudicetur.
6. Si quis subdiaconum interfecerit, 300* solidos culpabilis iudicetur.

*) CC 6; CCCC 9; bis ducentis 8. 10; *erasum in 4, fortasse bis centenos; erasum in 7, corrector superscripsit D.*

E CODD. B.

XXXVIII.

De diversis interfectionibus.

1. Si quis Ribuarus advenam Francum interfecerit, 200 solidis culpabilis iudicetur.
2. Si quis Ribuarus advenam Burgundionem interfecerit, 160 solidis multetur.
3. Si quis Ribuarus advenam Romanum interfecerit, 100 solidis multetur.
4. Si quis Ribuarus advenam Alamannum seu Fresionem vel Baiuvarium, Saxonem interfecerit, 160 solidis culpabilis iudicetur.
- p. 230. 5. Si quis clericum interfecerit, iuxta quod natiuitas eius fuerit, ita componatur. Si servus, sicut servum. Si regius aut ecclesiasticus, sicut alius regius aut ecclesiasticus. Si litus, sicut litum. Si liber, sicut alium ingenuum cum 200 solidis componat.
6. Si quis subdiaconum interfecerit, 400 solidis componatur.

E CODD. A.

7. Si quis diaconum interfecerit, 400* solidos multetur.

*) ter centenos 4; bis centenos 5; *erasum in 7 et superscriptum a correctore* DC; centenis solidis multetur; id est quinquagentos solidos 8; centenis solidis addetur, id est D sol. multetur 10; D sol. multetur 9.

8. Si quis presbyterum ingenuum interfecerit, ter ducentos* solidos multetur.

*) CC (ter *omisso*) 6; ter CCC 9; *erasum in 7, et scripsit corrector* DCCCC.

9. Si quis episcopum interfecerit, ter tricenos* solidos multetur.

*) CCC (ter *omisso*) 6; ter tric. *erasum in 4, et scripsit corrector* DCCCC; ter tric. sol. mult. *erata in 7, et scripsit corrector*: monachus fiat.

10. Si quis partum in feminam interfecerit, seu ^{p. 231.} natum priusquam nomen habeat, bis quinquagenus solidus culpabilis iudicetur. Quod si matrem cum parto interfecerit, septingenus solidus multetur.

11. Si quis weregeldum solvere coeperit, bovem cornutum videntem et sanum pro 2 solidis tribuat. Vaccam cornutam videntem et sanam per tres solidos tribuat. Equum videntem et sanum per duodecim solidos tribuat. Equam videntem et sanam pro 3 soli-

E CODD. B.

7. Si quis diaconum interfecerit, 500 solidis conponatur.

8. Si quis presbyterum ingenuum interfecerit, 600 solidis conponat.

9. Si quis episcopum interfecerit, 900 solidos conponat.

10. Si quis partum in femina interfecerit, seu natum prius- ^{p. 231.} quam nomen habeat, 100 solidis culpabilis iudicetur. Quod si matrem cum parto interfecerit, 700 solidis multetur.

11. Si quis weregeldum solvere debet, bovem cornutum videntem et sanum pro 2 solidis tribuat. Vaccam cornutam videntem et sanam pro 1 solido tribuat. Equum videntem et sanum pro 7 solidis tribuat. Equam videntem et sanam pro 3 solidis tribuat. Spatam cum scogilo pro 7 solidis tribuat.

E CODD. A.

dis tribuat. Spatam cum scogilo pro septim solidis tribuat. Spata absque scogilo per tres solidos tribuat. Bruina bona pro 12 solidis tribuat. Helmo conderecto pro sex solidis tribuat. Bagnbergas bonas pro sex solidis tribuat. Scuto cum lantia pro 2 solidis tribuat. Aucceptorem non domito per 3 solidos tribuat.

p. 232. Cummorsum gruarium pro sex solidis tribuat. Aucceptorem mutatum pro 12 solidis tribuat.

12. Quod si cum argento solvere contingerit, pro solido 12 dinarios, sicut antiquitus est constitutum.

XXXVII.

1. Si quis mulierem disponserit, quidquid ei per tabularum seu cartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter inconfusum permaneat.

2. Si autem per series scripturarum ei nihil contulerit, si mulier virum supervixerit, 50 solidos in dude recipiat, et terciam de omne [re], quod simul conlaboraverit, sibi studiat evindicare; et* quidquid ei in morgangaba traditum fuerit, similiter faciat.

*) vel 2. 4. 5. 8. 9; et vel 3.

E CODD. B.

Spatam absque scogilo pro 3 solidis tribuat. Brunniam bonam pro 12 solidis tribuat. Helmum conderecto pro 6 solidis tribuat.

* p. 232. Bainbergas bonas *pro 6 solidis tribuat. Scutum cum lancea pro 2 solidis tribuat. Acceptorem non domitum pro 3 solidis tribuat. Conmorsum gruarium pro 6 solidis tribuat. Acceptorem mutatum pro 12 solidis tribuat.

12. Quod si cum argento solvere contigerit, pro solido 12 dinarios, sicut antiquitus est constitutum.

XXXIX.

De dotis mulierum.

1. Si quis mulierem disponserit, quicquid ei per tabularum seu cartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter inconvulsum permaneat.

2. Si autem per seriem scripturarum ei nihil contulerit, si virum supervixerit, 50 solidos in dotem recipiat, et tertiam partem de omni re, quam simul conlaboraverant, sibi studeat evindicare, vel quicquid ei in morgangeba traditum fuerat, similiter faciat.

E CODD. A.

3. Quod si ex his, qui conscripta vel tradita sunt, simul consumpserit, nihil requirat.

XXXVIII.

p. 233.

Si quis hominem innocentem ad regem accusaverit, sexaginta solidos culpabilis iudicetur.

XXXIX.

Si quis ingenuam mulierem manum extrinxerit, 15 solidos culpabilis iudicetur. Certe si super cupidum manum miserit, 30 solidos multetur.

XL.

Si quis caballum extra consilium domini sui ascenderit, 30 solidos culpabilis iudicetur.

XLI.

p. 234.

1. Si quis ingenuus ingenuum ligaverit et ei cul-

E CODD. B.

3. Quod si ex his, quae conscripta vel tradita sunt, simul consumpserint, nihil requirat.

XL.

p. 233.

De eo qui hominem innocentem ad regem accusaverit.

Si quis hominem innocentem ad regem accusaverit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

XLI.

De eo qui ingenuae mulieri manum vel brachium strinxerit.

Si quis ingenuae mulieri manum strinxerit, 15 solidis culpabilis iudicetur. Certe si super cubitum manum miserit, 30 solidis multetur.

XLII.

De caballo extra consilium domini sui ascenso.

Si quis caballum extra consensum domini sui ascenderit, 30 solidis culpabilis iudicetur.

XLIII.

p. 234.

De ligaminibus ingenuorum.

1. Si quis ingenuus ingenuum ligaverit et eius culpam

E CODD. A.

pam cum sex testibus in haraho non adprobaverit, 30 solidos culpabilis iudicetur.

2. Si quis a contubernio probabiliter legatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus.

3. Sed si unus homo cum satellitibus suis hominem legaverit, aut ipsum excussare permittimus; aut proximus eius, quod innocens legatus sit, cum 6 iuret.

XLII.

1. Si quis de diversis venationibus furaverit et celaverit, seu et de piscationibus*, 15 solidos culpabilis iudicetur. Quia non hic re possessa, sed de venationibus agitur.

*) vel alicuius loca materiam vel ligna finata abstulerit addit 5.

2. Si quis cervum domitum vel cum triutes* occiderit, aut furaverit, non sicut de reliquis animalibus texaga exigantur, sed tantum 45 solidos multetur.

*) ad venatione fatienda vel quibus iam venaverit (vel cum tr. *omissis*) 4; vel triudes ad venationem vel quibus avenaverit 6. 7.

E CODD. B.

cum 6 testibus in araho non adprobaverit, 30 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si quis a contubernio probabiliter ligatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus.

3. Sed si unus homo cum satellitibus suis hominem ligaverit, aut ipsum excusare permittimus; aut proximus eius, quod innocens ligatus sit, cum 6 iuret.

XLIV.

De venationibus.

1. Si quis de diversis venationibus furatus fuerit et caelaverit, seu et de piscationibus, 15 solidis culpabilis iudicetur. Quia non est haec res possessa, sed de venationibus agitur.

2. Si quis cervum domitum vel cum triutis occiderit, aut furatus fuerit, non sicut de reliquis animalibus furtum exigatur, sed tantum 45 solidis multetur.

E CODD. A.

3. Si autem in venationem non fuit, 30 solidos culpabilis iudicetur*.

*) *Cod. 5 addit:*

4. Si quis de sote porcum furaverit, 12 solidos, et si de campo, 3 solidos culpabilis, et quod furaverit in triplo *p. 235.* conponat.

5. Si quis de ovile berbicem furaverit, 6 solidos, et si de campo, 3 solidos, et quod furaverit in triplo conponat.

6. Si quis de appiario apem furaverit, 12 solidos conponat, et quod furaverit in triplo conponat.

XLIII.

Si quis vero tres virgas, unde sibus legantur, vel retorta, unde sibus contentur, capulaverit, aut tres cambortus involaverit, seu in clausura aliena tracum fecerit, 15 solidos multetur.

XLIV.

Si quis per messem alienam cum carro vel carruca transiret, 15 solidos multetur.

XLV.

Si quis nesciente homine furtivam rem in eius

E CODD. B.

3. Sin autem in venatione non fuit, 30 solidis culpabilis iudicetur.

XLV.

p. 235.

De saepibus.

Si quis vero tres virgas, unde saepis ligatur, vel retorta, unde saepis continetur, cappulaverit, aut 3 cambortos involaverit, seu in clausura aliena traugum ad transiendum fecerit, 15 solidis multetur.

XLVI.

De his qui in messe aliena cum carro transierit.

Si quis per messem alienam cum carro vel carruca transierit, 15 solidis multetur.

XLVII.

De his qui nesciente homine aliquam furtivam rem in domo introduxerit.

Si quis nesciente homine furtivam rem in eius possessio-

E CODD. A.

possessione introduxerit, et ibidem inventa fuerit, 45 solidis culpabilis iudicetur, vel quidquid ei damnum accesserit, alium tantum restituat*.

*) *Codex 5 hic inserit ex titulo 82. editionis nostrae haec verba:*

2. Si autem negare (*corrigendum: negaverit*) et convictus fuerit, capitale cum texaga et dilatura culpabilis iudicetur. 3. Si quis peculium in messe adprehenso ad paricum manare (*corr. minare*) non permiserit, 12 sol. culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod hoc non fecisset.

p. 236.

XLVI.

1. Si quis quadropes hominem occiderit, ipse quadropes, qui eum interfecerit, in medietate weregilde suscipiatur, et aliam medietatem dominos quadropes* solvere studiat absque freto: quia quod quadropedes faciunt, freto non exigitur.

*) *Sic 1 (loco genitivi, ut videtur).*

2. Quod si quadropedes quadropedem interfecerit, dominus quadropedes quadropedem mortuum vel debilem recipiat; et eum, qui alium interfecerit, a domino eius, cuius quadropedes est interfectus, ipsum quadropedem tribuat, aut quantum interfectus vel debilis prius valuerit.

E CODD. B.

nem introduxerit, et ibidem inventa fuerit, 45 solidis culpabilis iudicetur, vel quicquid ei damnum accesserit, aliud tantum restituat.

p. 236.

XLVIII.

De quadrupedibus, si hominem occiderint.

1. Si quis quadrupes hominem occiderit, ipse quadrupes, qui eum interfecerit, in medietatem weregildi suscipiatur, et aliam medietatem dominus quadrupedis solvere studeat absque freto: quia quod quadrupedes faciunt, freto exinde non exigitur.

2. Quod si quadrupes quadrupedem interfecerit, dominus quadrupedis quadrupedem mortuum vel debilem recipiat; et eum, qui alium interfecerit, a domino eius, cuius quadrupes est interfectus, ipsum quadrupedem tribuat, et quantum interfectus vel debilis prius valuerat, solvatur.

E CODD. A.

XLVII.

1. Si quis animal suum per vestigium sequerit, et usque tercio die ad domo cuius vel in qualibet loco eum invenerit, liceat ei absque interciato revocare.

2. Quod si in domo fuerit, et ei scludinium, cuius est domus, contradixerit, ut fur habeatur.

3. Quod si ibidem violenter ingressus fuerit, ter quinos solidos multetur, aut cum 6 iurit.

XLVIII.

Si quis procreatione filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem suam in praesentia regis, sive vir muliere, vel mulier viro, seu cuicumque libet ^{p. 237.} de proximis vel straneis, adoptare in hereditate vel adfatimi per scripturarum seriem seu per tradicionem et testibus adhibetis, secundum legem Ribuariam licentiam habeat.

E CODD. B.

XLIX.

De vestigio minando.

1. Si quis animal suum per vestigium sequitur, et tercio die in domo cuiuslibet vel in quolibet loco eum invenerit, liceat ei absque interciato revocare.

2. Quod si in domo fuerit, et ei scrutinium, cuius est domus, contradixerat, ut fur habeatur.

3. Quod si ibidem violenter ingressus fuerit, 15 solidis multetur, aut cum 6 iuret.

L.

De homine qui sine heredibus moritur.

Si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem *suam in praesentia regis, sive vir mulieri, * ^{p. 237.} sive mulier viro, seu cuicumque libet de proximis vel extraneis, adobtate in hereditatem vel adfatimi per scripturarum seriem seu per traditionem et testibus adhibitis, secundum legem Ribuariam licentiam habeat.

E CODD. A.

XLIX.

Quod si adfatimus fuerit inter virum et mulierem, post discessum amborum ad legitimus heredis revertatur, nisi tantum, quae pare suo supervixerit, in elemosina vel in sua necessitate expenderit.

p. 238.

L.

1. Si quis testis ad mallo ante centenario vel comite, seu ante duce, patricio vel regi necesse habuerit, ut donent testimonium, et fortasse testis noluerunt ad placitum venire, illi, qui eum necessarium habet, manire illos debet, ut testimonium, quod sciunt, iurati dicant.

2. Quod si noluerint, et falsum testimonium praebuerint, et hoc adprobatum fuerit, unusquisque de illos tres testis ter quinos solidos multetur.

LI.

1. Si quis iudicem fiscalem ad res alienas iniuste

E CODD. B.

LI.

De adfatimire.

Quod si adfatimus fuerit inter virum et mulierem, post dicessum amborum ad legitimus heredes revertatur, nisi tantum, qui parem suum supervixerit, in aelymosina vel in sua necessitate expenderit.

p. 238.

LII.

De testibus adhibendis.

1. Si quis testes ad mallum ante centenarium vel comitem, seu ante ducem, patricium vel regem necesse habuerit, ut donent testimonium, et fortasse testes noluerint ad placitum venire, ille, qui eos necessarios habet, manire illos debet, ut testimonium, quod sciunt, iurati dicant.

2. Quod si noluerint, et falsum testimonium praebuerint, et hoc adprobatum fuerit, unusquisque de illis 3 testibus 15 solidis multetur.

LIII.

De eo qui grafionem ad res alienas invitat.

1. Si quis iudicem fiscalem ad res alienas iniuste tollendas,

E CODD. A.

tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad extrodo admallatum habuerit, invitare praesumpserit, bis vicinos et quinos solidos multetur.

2. Quod si quis iudex fiscalis amplius, quam lex ^{p. 239.} Ribuarica contenit, tolleret, bis vicinos et quinos solidos multetur.

LII.

Si quis rem suam alii praesteterit, [et placitum indixerit], quod si super placitum rem praestitam retinere praesumpserit, ter quinos solidos multetur.

LIII.

1. Si quis iudicem fiscalem, quem comitem vocant, interfecerit, ter ducenus solidus multetur.

2. Quod si regius puer vel ex tabulario ad eum gradum ascenderit, sexies quinquagenus solidus multetur.

LIV.

1. Si quis autem hominem mortuum, antequam

E CODD. B.

antequam ei fidem fecerit, aut ad strudem admallatum habuerit, invitare praesumpserit, 50 solidis multetur.

2. Quod si quis iudex fiscalis amplius, quam lex Ribuarica ^{p. 239.} continet, tulerit, 50 solidis multetur.

LIV.

De re prestata.

Si quis rem suam alii praestiterit, et placitum indixerit, quod si super placitum rem praestitam retinere praesumpserit, 15 solidis multetur.

LV.

De eo qui grafionem interfecerit.

1. Si quis iudicem fiscalem, quem comitem vocant, interfecerit, 600 solidis multetur.

2. Quod si regius puer, vel ex tabulario, ad eum gradum ascenderit, 300 solidis multetur.

LVI.

De corporibus expoliatis.

1. Si quis autem hominem mortuum, *antequam sepeliatur, *^{p. 240.}

E CODD. A.

p. 240. humitur, expoliaverit, si interrogatus confessus fuerit, bis trigenus solidus multetur. [Si autem negaverit, et postea convictus fuerit, bis quinquagenos solidos cum dilatura multetur], aut cum 6 iurit.

2. Si quis mortuum effodire praesumpserit, quater quinquagenus solidus multetur, aut cum 12 iurit.

LV.

Si quis causam suam prosequitur, et raginburgii inter eos secundum legem Ribuariam dicere noluerint, tunc illi, in quem sententiam contrarium dixerit, dicat: Ego vos tangano, ut mihi legem dicatis. Quod si dicere noluerint, et postea convicti fuerint, unusquisque eorum ter quinos solidos multetur. Similiter et illi, qui raginburgiis recte dicentibus non adqueverit.

LVI.

1. Si quis absque liberis defunctus fuerit, si pater materque subrectis fuerint, in hereditate succidant.

E CODD. B.

expoliaverit, si interrogatus confessus fuerit, 60 solidis multetur. Si autem negaverit, et postea convictus fuerit, 100 solidis cum dilatura multetur, aut cum 6 iuret.

2. Si quis mortuum effodere praesumpserit, 200 solidis multetur, aut cum 12 iuret.

LVII.

De rachinburgiis legem dicentibus.

Si quis causam suam prosequitur, et rachinburgii inter eos secundum legem Ribuariam dicere noluerint, tunc ille, in quem sententiam contrariam dixerint, dicat: Ego vos tangano, ut mihi legem dicatis. Quod si dicere noluerint, et postea convicti fuerint, unusquisque eorum 15 solidis multetur. Similiter et ille, qui rachinburgiis recte dicentibus non adqueverit.

LVIII.

De alodibus.

1. Si quis absque liberis defunctus fuerit, si pater materque superstitibus fuerint, in hereditatem succedant.

E CODD. A.

2. Si pater si materque non fuerint, inter frater et soror* succidant.

*) *i. e.* frater et soror insimul aut frater cum sorore.

3. Sin autem nec eos habuerint, soror matris patrisque succedant. Deinceps usque quinto genulo, qui proximus fuerat, in hereditatem succedat.

4. Sed cum viriles sexus extederit, femina in hereditate aviatica non succedat*.

*) *Titulus LVII (LX in 4) a praeunte titulo (LVII in 4) per spatium vacuum unius et dimidiae paginae in codice 4 distinguitur, ut locus detur duobus titulis De aroen et De testamentis regum inserendis, quos sub numeris LVIII. LVIII index codicis 4 enumeravit (cfr. praefatio nostra §. 5). Etiam codd. A 5. 10 in indice duas illas rubricas tradunt (cfr. supra p. 207, not. b), sed in textu legis nullum spatium vacuum reliquerunt.*

LVII.

1. Si quis libertum suum per manum propriam seu per alienam in praesentia regis secundum legem

E CODD. B.

2. Si pater materque non fuerint, frater et soror succedant.

3. Sin autem nec eos habuerit, tunc soror matris patrisque succedant. Et deinceps usque quintum geniculum, qui proximus fuerit, in hereditatem succedat.

4. Sed dum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non succedat*.

*) *Hic cod. 1 spatium unius et dimidiae paginae (in folio) vacuum reliquit, ut locum daret duobus titulis inserendis, quos index hoc loco habet: LIX. De aroene. LX. De testamentis regum; sed tituli ipsi desunt, et ne numerus quidem eorum servatus est. Ceteri codices B nullum spatium vacuum reliquerunt, quamquam codices B 4. 11 in indice duas illas rubricas de aroene et de testamentis regum referunt. Habet tamen codex B 4 in contextu post titulum de alodibus glossam marginalem: in hunc locum sunt duo capituli minus, id est de aroene et de testamentis regis. In reliquis codicibus B duae illae rubricae etiam in indice desunt.*

LIX.

De libertis a domino ante regem dimissis.

1. Si quis libertum suum per manum propriam seu per alienam in praesentia regis secundum legem Ribuariam ingenuum

E CODD. A.

Ribuariam ingenuum demiserit et dinarium iactaverit, et eiusdem rei carta acciperit, nullatenus eum permittimus in servicio inclinare; sed sicut reliqui Ribuarii liber permaniat.

2. Sed si quis in postmodum contrarius exteterit, quod eum quis inlicitum ordine ingenuum dimisisset, et ipse cum gladio suo hoc studiat defensare. Aut si ^{p. 242.} auctorem habuerit, auctor cum legibus ex hoc eum adducat. Aut si legibus eum non potuerit defensare, ad partem regis 200 solidos culpabilis iudicetur, et ad partem eius, cuius servum inlicitum ordinem a iugum servitutis obsolvere nititur, 45 solidos multetur, et de omnes res, quod ei condonavit, alienus existat.

3. Si autem defensaverit, liber permaniat, et illi, qui eum voluit inservire, 200 solidos rege, 45 illi [qui defensatur] culpabilis iudicetur.

4. Si autem homo dinariatus absque liberis discesserit, non alium quam fisco nostro heredem relinquat.

E CODD. B.

dimiserit per dinarium, et eiusdem rei cartam acciperit, nullatenus eum permittimus in servicium inclinare; sed sicut reliqui Ribuarii liber permaneat.

2. Sed si quis ei postmodum contrarius extiterit, quod ^{* p. 242.} eum quis inlicito ordine ingenuum dimisisset, et ipse cum gladio suo hoc studeat defensare. Aut si auctorem habuerit, auctor cum legibus ex hoc eum adducat. Aut si legibus eum non potuerit defensare, ad partem regis 200 solidis culpabilis iudicetur, et ad partem eius, cuius servum inlicito ordine a iugo servitutis absolvere nititur, 45 solidis multetur, et de omnibus rebus, quas ei condonavit, alienus existat.

3. Si autem se defensaverit, liber permaneat, et ille, qui eum voluit inservire, 200 solidis regi, 45 illi, qui defensatur, culpabilis iudicetur.

4. Si autem homo dinariatus absque liberis discesserit, non alium nisi fiscum nostrum heredem relinquat.

E CODD. A.

LVIII.

1. Hoc etiam iubemus, ut, qualiscumque Francus Ribuarius, seu tabularius servum suum pro animae suae remedium seu pro precio secundum legem Romanam liberare voluerit, ut [eum*]. in ecclesia coram presbyteris, diaconibus, seu cuncto clero et plebe, in manu episcopi servo cum tabulas tradat, et episcopus archidiacono iubeat, ut ei tabulas secundum legem Romanam, quam ecclesia vivit, scribere faciunt; et tam ipse quam et omnis procreatio eius liberi permaneant, ^{p. 243.} et sub tuacione ecclesiae consistent, vel omnem redditum status aut servitium tabularii eorum ecclesiae reddant. Et nullus tabularium [aut servum tabularii**] dinariare ante rege praesumat. Quod si fecerit, 200 solidos culpabilis iudicetur, et nihilominus ipse tabularius et procreatio eius tabularii persistent, et omnis reditus status ad ecclesia reddat; et non aliubi quam ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant.

*) eum *deest* 4. 8. 10. 11.

**) *Verba* aut servum tabularii *addunt* 4. 9.

E CODD. B.

LX.

De tabulariis.

1. Hoc etiam iubemus, ut, qualiscumque Francus Ribuarius seu tabularius servum suum pro animae suae remedio seu pro pretio secundum legem Romanam libertare voluerit, ut in ecclesia coram praesbiteris, diaconibus, seu cuncto clero et plebe, in manu episcopi servum cum tabulis tradat, et episcopus archidiaconum iubeat, ut ei tabulas secundum *legem Romanam, ^{*p. 243.} qua ecclesia vivit, scribere faciat; et tam ipse quam omnis procreatio eius liberi permaneant, et sub tuitione ecclesiae consistent, vel omne redditum status aut servitium tabularii eorum ecclesiae reddant. Et nullus tabularius dinarium ante regem praesumat iactare. Quod si fecerit, 200 solidis culpabilis iudicetur, et nihilominus ipse tabularius et procreatio eius tabularii persistent, et omnis reditus status eorum ad ecclesiam reddant; et non aliubi nisi ad ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant.

E CODD. A.

2. Quod si quis tabularium seu ecclesiasticum hominem contra episcopum defensare voluerit, 60 solidos et insuper hominem cum omnibus rebus suis ecclesiae restituat. Quia inlicitum ducimus, quod ecclesiis concessimus iterum ab ecclesiis revocare.

3. Nemo servum ecclesiasticum absque vicarium libertum facere praesumat.

p. 244. 4. Tabularius autem, qui absque liberis discesserit, nullum alium quam ecclesiam relinquat heredem.

5. Quod si quis tabulas episcoporum manibus seu clericorum roboratas inrumpere voluerit, tunc archidiaconus cum testibus, qui tabulas roboraverunt, ante episcopum vel regem accedat, ut testis, quod sciunt, dicant. Quod si illi, qui causam prosequitur, adquiescere noluerit, tunc tabuli in praesentia iudicis perforentur, et archidiaconus in praesente sacramentum fide faciat, et sibi septimus super noctis septem coniurit cum ipsis testibus, qui tabulas conscripserunt, quod ipsi tabularius secundum legem

E CODD. B.

2. Quod si quis tabularium seu ecclesiasticum hominem contra episcopum defensare voluerit, 60 solidos et insuper hominem cum omnibus rebus suis ecclesiae restituat. Quia inlicitum dicimus, quod ecclesiis concessimus, iterum ab ecclesiis revocare.

3. Nemo servum ecclesiasticum absque vicario libertum facere praesumat.

p. 244. 4. Tabularius autem, qui absque liberis discesserit, nullum alium nisi ecclesiam relinquat heredem.

5. Quod si quis tabulas episcoporum manibus seu clericorum roboratas inrumpere voluerit, tunc archidiaconus cum testibus, qui tabulas roboraverunt, ante episcopum vel regem accedat, ut testes, quod sciunt, dicant. Quod si ille, qui causam prosequitur, adquiescere noluerit, tunc tabulae in praesentia iudicis perforentur, et archidiaconus in praesente sacramento fidem faciat, et sibi septimus super noctes septem coniuret
* p. 245. cum ipsis testibus, qui tabulas conscripserunt, quod ipse tabu-

E CODD. A.

Romanam legitimo fuisset ingenuos relaxatus. Et^{p. 245.} tunc illi, qui causam prosequitur, in presente constringatur, ut se ante iudice repraesentit, et ad partem ecclesiae 100 solidos culpabilis iudicetur, et unicuique de testibus 15 solidos, et archidiacono 45 solidos culpabilis iudicetur, et nihilominus tabule stabilis permaneant.

6. Quod si archidiaconus ista adimplere contempserat, et auctorem, qui eum ingenuum dimisit, non inveniret, tunc tabularium ipse archidiaconus cum quadragintaquinque semissolidis et cum omnibus rebus suis proprio domno studiat reservare*, et unusquisque de testibus ter quinus simissolidus culpabilis iudicetur.

*) reformari 4.

7. Quod si auctor dimissionis eum ingenuum fecerit, cause prosecutor simili multa susteniat, sicut superius scribere iussimus, et insuper ecclesiae liminibus expellatur, usque dum proprio episcopo satisfaciat.

8. Quod si quis tabularium ex servo alieno facere

E CODD. B.

larius secundum legem Romanam legitime fuisset ingenuus relaxatus. Et tunc ille, qui causam prosequitur, in praesente constringatur, ut se ante iudicem repraesentet, et ad partem ecclesiae 100 solidis culpabilis iudicetur, et unicuique de testibus 15 solidis culpabilis iudicetur, et archidiacono 45 solidis culpabilis iudicetur, et nihilominus tabulae stabiles permaneant.

6. Quod si archidiaconus ista adimplere contempserit, et auctorem suum, qui eum ingenuum dimisit, non invenerit, tunc tabularium ipse archidiaconus cum 45 solidis et cum omnibus rebus suis proprio domino studeat restituere, et unusquisque de testibus 15 solidis culpabilis iudicetur.

7. Quod si auctor dimissionis eum ingenuum fecerit, causam, qui prosequitur, similem multam sustineat, sicut superius scribere iussimus, et insuper ab ecclesiae liminibus repellatur, usque dum proprio ipso satisfaciat.

8. Quod si quis tabularium ex servo alieno facere prae-

E CODD. A.

praesumpserit, tunc illi, cuius servus est, super eum manum mittere debet. Et si tabularius est, vel regius seu Romanus homo, qui hoc facit, super septem noctis, si Francus, super 14 de manu in manu ambulare debet, quamvis multas vindicionis ex illo factas fuissent, usque dum ad ea manu venit, qui eum ingenuum demisit. Et tunc ex eo iudicium superius comprehensus adimpleatur.

9. Si autem tabularius ancillam regiam aut ecclesiasticam seu ancillam tabularii in matrimonium sibi sociatus fuerit, ipsum cum ea servus permaneat. Si autem tantum mechatus fuerit, 8. medio solido culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit. Quod si tabularia hoc fecerit, ipsa et generatio eius in servicio inclinetur.

10. Si* autem tabularius ancillam Ribuariam acciperit, non ipsi, sed generatio eius serviat.

*) *In cod. 4 caput 10. ita legitur*: Sic cum Ribuarus ancillam Ribuariam acciperit, non ipse, sed generatio eius serviat. Similiter et tabularia vel regia aut Romana femina si servum Ribuarium acciperit, non ipsa, sed generatio eius serviat.

11. Si ecclesiasticos, Romanus vel regius homo

E CODD. B.

sumpserit, tunc ille, cuius servus est, super eum manum mittere debet. Et si tabularius est, vel regius seu Romanus homo, qui hoc facit, super septem noctes, si Francus, super quattuordecim de manu in manum ambulare debet, quamvis multae venditiones ex illo factae fuissent, usque dum ad eam manum veniat, quae eum ingenuum dimisit. Et tunc ex eo iudicium superius comprehensum adimpleatur.

9. Si autem tabularius ancillam regiam aut ecclesiasticam seu ancillam tabularii in matrimonium sibi sociatus fuerit, ipse cum ea servus permaneat. *Si autem tantum moechatus fuerit, 8. dimedio solido culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret. Quod si tabularia hoc fecerit, ipsa et generatio eius in servitium inclinentur.

10. Si autem tabularius ancillam Ribuariam acciperit, non ipse, sed generatio eius serviat.

11. Si ecclesiasticus, Romanus vel regius homo ingenuum

E CODD. A.

ingenuam Ribuariam acciperet; aut si Romana vel regia seu tabularia ingenuum Ribuarium in matrimonium acciperet, generatio eorum semper ad inferiora declinentur.

12. Quod si quis hominem regium tabularium*, tam baronem quam feminam, de mundeburde regis abstulerit, 60 solidos culpabilis iudicetur.

*) tabularium *deest* 4.

13. Similiter et illi, qui tabulariam vel ecclesiasticam feminam seu baronem de mundeburde ecclesiae abstulerit, 60 solidos culpabilis iudicetur, et nihilominus generatio eorum ad mundeburde regis seu ecclesiae revertatur.

14. Si autem Ribuarium ancillam regis seu ecclesiasticam vel ancillam tabularii sibi sociaverit, non ipse, sed procreatio eius serviat.

15. Si autem Ribuarium ancillam Ribuarii in matrimonio acceperit, ipsi cum ea in servitio perseveret.

16. Similiter et [si] Ribuarium hoc fecerit, ipsa et generatio eius in servitio perseverent.

E CODD. B.

Ribuariam acciperit; aut si Romana vel regia seu tabularia ingenuum Ribuarium in matrimonium acciperit, generatio eorum semper ad inferiora declinetur.

12. Quod si quis hominem regium tabularium, tam baronem quam feminam, de mundeburde regis abstulerit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

13. Similiter et ille, qui tabulariam vel ecclesiasticam feminam seu baronem de mundeburde ecclesiae abstulerit, 60 solidis culpabilis iudicetur, et nihilominus generatio eorum ad mundeburde regis seu ecclesiae revertatur.

14. Si autem Ribuarium ancillam regis seu ecclesiasticam vel ancillam tabulariam sibi sociaverit, non ipse, sed procreatio eius serviat.

15. Si autem Ribuarium ancillam Ribuarii in matrimonio acciperit, ipse cum ea in servitio perseveret.

16. Similiter et si Ribuarium hoc fecerit, ipsa et generatio eius in servitio perseverent.

E CODD. A.

17. Si autem ingenuus cum ancillam moechatus fuerit, 15 solidos culpabilis iudicetur. Si autem servus hoc fecerit, 3 solidos culpabilis iudicetur, aut castretur.

18. Quod si ingenua Ribuarum servum Ribuarum secuta fuerit, et parentes eius hoc refragare voluerint, offeratur ei a rege seu a comite spatam et conucla. Quod si spatam acceperit, servum interficiat. Si autem conucla, in servicio perseverit.

p. 247. 19. Hoc etiam constituemus, ut nullum hominem regium, Romanum vel tabularium interpellatum in iudicio non tangeret et nec alsaccia requirat. Et sicut in presente legitimi malatus fuerit, ea verba commemorat, et non ei sicut Ribuario ante altario verba commemoret.

20. Servi autem regis [et] ecclesiarum non actures*, sed ipsi pro semetipsos in iudicio respondeant, et sacramenta absque tangelo coniurent.

*) *i. e.* non per actores ('Amtsleute'); casus accusativus loco ablativi positus videtur.

21. Si autem homo regius homine regio vel

E CODD. B.

17. Si autem ingenuus cum ancilla moechatus fuerit, 15 solidis culpabilis iudicetur. Si autem servus hoc fecerit, 3 solidis culpabilis iudicetur, aut castretur.

18. Quod si ingenua Ribuarum servum Ribuarum secuta fuerit, et parentes eius hoc contradicere voluerint, offeratur ei a rege seu a comite spatam et conucla. Quod si spatam acciperit, servum interficiat. Si autem conuclam, in servicio perseveret.

p. 247. 19. Hoc etiam constituimus, ut hominem regium, Romanum vel tabularium interpellatum in iudicio non tangeret* et nec alsaccia requirat. Et si in praesente legitime mallatus fuerit, ea verba commemorat, et non ei sicut Ribuario ante altari verba commemoret.

*) *sic 1; plerique codd.* tangeret.

20. Servi autem regis [vel] ecclesiarum non actores, sed ipsi pro semetipsis in iudicio respondeant, et sacramenta absque tangelo coniurent.

21. Si autem homo regius homini regio vel ecclesiastico

E CODD. A.

ecclesiastico sacramento fide fecerit, super septem noctis coniurit. Si Ribuario, super 14 noctis; similiter et Ribuarus ei faciat.

LIX.

1. Si quis alteri aliquid vinderit et emptor testamentum vindicionis accipere voluerit, in mallo hoc ^{p. 248.} facere voluerit*, precium in praesente tradat, et rem** accipiat, et testamentum publici conscribatur. Quod si parva res fuerit, septem testibus firmetur; si autem magna, duodecim roboretur.

*) sic 1. 2. 6. 7; deest 5; et 3; debet 4. 9; debet et 8. 10. 11.

**) i. e. ramum cum cespite de terra ipsa, quae venit, cfr. tit. 60, c. 1: possessionem accipiat. Cum ramo et cespite in casu, de quo titulo nostro agitur, carta de terra levatur. Cfr. H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der Urkunde' I (1880) p. 264.

2. Et si quis in posterum hoc refragare vel falsare voluerit, a testibus convincatur, aut cancellarius cum sacramentum interpositionem cum simili numero, quorum roborata est, etuniare studeat.

3. Quod si carta in iudicio perforata etuniata ^{p. 249.} fuerit, tunc illi, qui causam prosequitur, tupla repe-

E CODD. B.

sacramento fidem fecerit, super septem noctes coniuret. Si Ribuario, super quattuordecim noctes; similiter et Ribuarus ei faciat.

LXI.

De venditionibus.

1. Si quis alteri aliquid vendiderit *et emptor testamentum ^{p. 248.} vendicionis accipere voluerit, in mallo hoc facere debet, et pretium in praesente tradat, et rem accipiat, et testamentum publice conscribatur. Quod si parva res fuerit, septem testibus firmetur; si autem magna, 12 roboretur.

2. Et si quis in posterum hoc refragari vel falsare voluerit, a testibus convincatur, aut cancellarius eum sacramenti interpositione cum simili numero, quorum roborata est, idoneam confirmet.

3. Quod si carta in iudicio perforata idonea fuerit, tunc ^{p. 249.} ille, qui causam prosequitur, dupla repetitione culpabilis iudi-

E CODD. A.

titionem culpabilis iudicetur, et insuper ad partem cancellarii 45 solidos culpabilis iudicetur [et unicuique de testibus 15 solidos culpabilis iudicetur], et ipse testamentus inviolatus perseveret. Si autem testamentus falsatus fuerit, tunc illi, qui causam sequitur, rem, quod repetit, cum 60 solidos recipiat, et insuper cancellario polix dexter auferatur, aut eum quis in 50 solidos redimat, et unusquisque de testibus 15 solidos multetur.

4. Quod si illi, qui causam sequitur, manum cancellarii de altario traxerit, aut ante ostium basilici manum* posuerit, tunc ambo constringantur, ut se super 14 noctis seu super 40 ante rege repraesentare studiant pugnatori.

*) spatam 4; manum seu spatam 9.

5. Si autem cancellarius mortuus fuerit, tunc ei [liceat], qui rem comparavit, cum 3 cartas, quod ipsi cancellarius scripsit, absque pugnam cartam suam super altario posita etuniare.

6. Quod si vindetur vel heredis suae supervixerint, ipsi testamentum virire debent, aut multa incurrere.

E CODD. B.

cetur, et insuper ad partem cancellarii 45 solidis culpabilis iudicetur, et unicuique de testibus 15 solidis culpabilis iudicetur, et ipsum testamentum inviolatum perseveret. Si autem testamentum falsatum fuerit, tunc ille, qui causam prosequitur, rem, quam repetit, cum 60 solidis recipiat, et insuper cancellario pollex dexter auferatur, aut eum cum 50 solidis redimat, et unusquisque de testibus 15 solidis multetur.

4. Quod si ille, qui causam sequitur, manum cancellarii de altari traxerit, aut ante ostium basilicae manum posuerit, tunc ambo constringantur, ut se super quattuordecim noctes seu super 40 ante regem repraesentare studeant pugnaturi.

5. Si autem cancellarius mortuus fuerit, tunc ei liceat, qui rem comparavit, cum 3 cartis, quas ipse cancellarius scripsit, absque pugna cartam suam super altario positam idoniare.

6. Quod si venditor vel heredes sui supervixerint, ipsi testamentum defendere debent, aut multam incurrere.

E CODD. A.

7. Quod de vinditione conscripsimus, haec et de donatione constituemus. Hoc autem constituemus, ut, quaecumque in causa victur extiterit, semper iudicium conscriptum accipiat, aut testes.

8. Si quis in iudicio interpellatus cartam per manibus habuerit, nulle ei male ordine vel invasio requeratur; quia dum interpellatus respondit ad interrogatione: 'Sta tu', et sine tangano loquatur et dicat: 'Non malo ordine, sed per testamentum hoc teneo'. p. 250.

9. Filius autem aut filiabus super 12 solidos uni plus quam alteri nihil condonare vel conscribere permittimus. Quod si quis fecerit, hirritum habeatur.

LX.

1. Si quis villam aut vineam vel quamlibet possessiunculam ab alio comparaverit, et testamentum accipere non potuerit, si mediocres res est, cum 6 testibus, et si parva, cum tres, quod si magna, cum 12 ad locum tradiciones* cum totidem numero p. 251.

*) i. e. ad fundum, qui traditur.

E CODD. B.

7. Quod de venditione conscripsimus, haec et de donatione constituimus. Hoc autem constituimus, ut, quicumque in causa victor extiterit, semper iudicium conscriptum accipiat, aut testes.

8. Si quis in iudicio interpellatus cartam prae manibus habuerit, nulla ei malo ordine vel invasio requiratur; *quia, dum p. 250. interpellatur, respondet ad interrogationem, 'Stet', et sine tangano loquatur et dicat: 'Non malo ordine, sed per testamentum hoc teneo'.

9. Filiis autem aut filiabus super 12 solidos uni plus quam alteri nihil condonare vel conscribere permittimus. Quod si quis fecerit, irritum habeatur.

LXII.

De traditionibus et testibus adhibendis.

1. Si quis villam aut vineam vel quamlibet possessiunculam ab alio comparavit, et testamentum accipere non potuerit, si mediocris res est, cum sex *testibus, et si parva, cum 3, quod p. 251.

E CODD. A.

pueros accedat, et sic eis praesentibus praetium tradat et possessionem accipiat**, et unicuique de parvulis alapas donet et torquat auriculas, ut ei in postmodum testimonium praebeant. Si autem testes non potuerit admanire, ut ei testimonium praebeant, tunc rem suam cum 3 sibi cum 7 cum sacramentis interpositione sibi studiat evindicare.

***) i. e. rem (quae possessio, 'Besitzung', vocatur) accipiat, per ramum videlicet et cespitem, cfr. tit. 59, c. 1.*

2. Si quis consortem suum quantumcumque superpriserit, cum 15 solidis restituat.

3. Si autem infra testamentum regis aliquid invaserit, aut cum sex iurit, quod infra terminatione testamenti nihil invasisset, aut cum 60 solidis omnem redditionem restituat.

p. 252. 4. Si autem ibidem infra terminationem aliqua iudicia* seu sarte vel butinas aut mutuli facte exteterent, ad sacramentum non admittatur, sed in presenti cum legis beneficium cogatur restituere.

**) sic 1—3. 11; indicia 4. 9. 10; inditia 8; deest 6. 7.*

5. Quod si extra marcha in sortem* alterius*) forestem 4.

E CODD. B.

si magna cum 12 ad locum traditionis cum totidem numero pueris accedat, et sic eis praesentibus pretium tradat, et possessionem accipiat, et unicuique de parvulis alapas donet et torquet auriculas, ut ei postmodum testimonium praebeant. Si autem testes non potuerit congregare, ut ei testimonium praebeant, tunc rem suam cum 6 sive cum 7 cum sacramenti interpositione sibi studeat evindicare.

2. Si quis consortem suum quantumcumque superpriserit, cum 15 solidis restituat.

3. Si autem infra testamentum regis aliquid invaserit, aut cum 6 iuret, quod infra terminationem testamenti nihil invasisset, aut cum 60 solidis omnem redditionem restituat.

* p. 252. 4. Si autem ibidem infra terminationem* aliqua iudicia sua arte vel butinae aut mutuli facta extiterint, ad sacramentum non admittatur, sed in praesente cum legis beneficio cogatur restituere.

5. Quod si extra marcam in sortem alterius fuerit ingressus, iudicium conpraehensum compellatur adimplere.

E CODD. A.

fuert ingressus, iudicium conpraehensum conpellatur adimplere.

6. Quod si testamentum regio absque contrario testamento falso clamaverit, non aliunde quam de vita conponat.

7. Quod si duo testamenta regum ex una rem exsteterit, semper prior duplicem sorciatur porcionem.

8. Quod si quis de ecclesia aliquid vim abstulerit, cum superscripta lege in triplum restituat.

LXI.

1. Si quis servum suum libertum fecerit et civem Romanam portasque apertas conscripserit, [et] sine liberis discesserit, non alium quam fiscum habiat heredem.

2. Quod si aliquid criminis admiserit, secundum *p. 253.* legem Romanam iudicetur. Et qui eum interfecerit, 100 solidos multetur.

3. Quod si dominus eius eum ante rege dinariari voluerit, licentiam habiat.

E CODD. B.

6. Quod si testamentum regis absque contrario testamento falsum clamaverit, non aliunde nisi de vita conponat.

7. Quod si duo testamenta regum de una re extiterint, semper prior duplicem sortiatur portionem.

8. Quod si quis de ecclesia aliquid vi abstulerit, cum superscripta lege in triplum restituat.

LXIII.

De libertis secundum legem Romanam.

1. Si quis servum suum libertum fecerit et civem Romanum portasque apertas conscripserit, si sine liberis discesserit, non alium nisi fiscum nostrum habeat heredem.

2. Quod si aliquid criminis admiserit, secundum legem *p. 253.* Romanam iudicetur. Et qui eum interfecerit, 100 solidis multetur.

3. Quod si dominus eius eum ante regem dinarium facere voluerit, licentiam habeat.

E CODD. A.

LXII.

1. Si quis servum suum tributarium aut litum fecerat, si quis eum interfecerit, 36 solidos culpabilis iudicetur.

2. Quod si dinariari eum voluerit, licentiam habeat. Et tunc 200* solidos valiat*.

*) qui eum interfecit, 200 solidos solvat 6. 7.

LXIII.

1. Si quis hominem in hostem interficeret, treplecem weregildum culpabilis iudicetur.

p. 254. 2. De texaga similiter.

LXIV.

Si quis hominem ad domum propriam cum hari-raida interficeret, auctor facti ut triplicem weregildum multetur, et tres priores 90 solidos culpabiles iudicentur. Et quanti ei sanguinem funderent, unusquisque weregildum eum componant. Et quanti-

E CODD. B.

LXIV.

De homine qui servum tributarium facit.

1. Si quis servum suum tributarium aut litum fecerit, si quis eum interfecerit, 36 solidis culpabilis iudicetur.

2. Quod si dinarialem eum facere voluerit, licentiam habeat. Et tunc 200 solidos valeat.

LXV.

De homine in hoste occiso.

1. Si quis hominem in hoste interfecerit, triplici weregildo culpabilis iudicetur.

p. 254. 2. De furto similiter.

LXVI.

De homine in domo propria occiso.

Si quis hominem in domo propria cum hari-raida interfecerit, auctor facti triplici weregildo multetur, et tres priores 90 solidis culpabiles iudicentur. Et quanti ei sanguinem funderint, unusquisque weregildo eum componat. Et quanticumque

E CODD. A.

cumque post auctorem et sanguinem effusuris vel post tres prioris fuerint, unusquisque ter quinos solidos multetur, et quicquid ibidem talaverent restituant*.

*) *codex 5 hic inserit titulum: Quomodo wirageldum solvere potest, i. e. tit. XXXVI, cap. 11. et 12. editionis nostrae.*

LXV.

1. Si quis legibus in utilitatem regis sive in hoste seu in reliquam utilitatem bannitus fuerit, et minime adimpleverit, si egritudo eum non detenuerit, 60 solidos multetur.

2. Si autem Romanus aut ecclesiasticus vel regius p. 255. homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem suum 30 solidos culpabilis iudicetur.

3. Si quis legatariam reges vel ad regem seu in utilitatem reges pergentem hospicio suscipere contempserit, nisi emunitas regis hoc contradixerit, 60 solidos culpabilis iudicetur. Aut si regius, Romanus aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem suum 30 solidos culpabilis iudicetur.

E CODD. B.

post auctorem et sanguinis effusores vel post tres priores fuerint, unusquisque 15 solidis multetur, et quicquid ibi talaverint, restituant.

LXVII.

De eo qui bannum non adimplet.

1. Si quis legibus in utilitatem regis sive in hoste sive in reliquam utilitatem bannitus fuerit, et minime adimpleverit, si egritudo eum non detenuerit, 60 solidis multetur.

2. Si autem Romanus aut ecclesiasticus vel regius homo p. 255. hoc fecerit, unusquisque contra actorem suum 30 solidis culpabilis iudicetur.

3. Si quis autem legatarium regis vel ad regem seu in utilitatem regis pergentem hospicio suscipere contempserit, nisi emunitas regis hoc contradixerit, 60 solidis culpabilis iudicetur. Aut si regius, Romanus aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, unusquisque contra actorem suum 30 solidis multetur.

E CODD. A.

LXVI.

1. Si quis Ribuarius sacramentum fidem fecerit, super 14 noctis sibi septimus vel duodecimus vel septuagisimum secundo cum legitimo termino noctium studiat coniurare. Si autem contentio orta fuerit, quod sacramentum in die placitus coniurasset, tunc cum tertia parte iuratoris sui adfirmare studiat, aliquos a dextris [seu a senextris] stantibus. Sin autem nec sic satisfecerit, tunc secundum praesentia iudicis vel secundum terminationem sextam iuratorum suorum cum dextera armata tam priore quam posteriore sacramentum in praesentia iudicis confirmare studiat. Quod si verbis non dixerint*, omne repetitione cum legis beneficium studiat reformare, et unusquisque de iuratoribus 15 solidos culpabilis iudicetur. Si autem dixerint, iudicium accipiant.

*) direxerit 8—11.

2. Si autem regius, Romanus aut ecclesiasticus

E CODD. B.

LXVIII.

De sacramento.

1. Si quis Ribuarius sacramento fidem fecerit, super quattuordecim noctes sibi septimus seu duodecimus vel septuagisimus secundus cum legitimo termino noctium studeat coniurare. Si autem contentio orta fuerit, quod sacramentum in die placito non coniurasset, tunc cum tertia parte iuratorum suorum adfirmare studeat, aliquibus a dextris seu a sinistris stantibus. Sin autem nec sic satisfecerit, tunc secundum praesentiam iudicis vel secundum terminationem sextam iuratorum suorum cum dextera armata tam prius quam posterius sacramentum in praesentia iudicis confirmare studeat. Quod si verbis non direxerit, omnem repetitionem cum legis beneficio studeat reformare, et unusquisque de iuratoribus 15 solidis culpabilis iudicetur. Si autem contra dixerint, iudicium accipiant.

2. Si autem regius, Romanus aut ecclesiasticus taliter

E CODD. A.

taliter agerit, cum legitimum numero similiter studeat implere, aut legitimum solutionem restituat.

LXVII.

p. 256.

1. Si quis moriens debitosus* aut testamenta vel venditionis seu tradicionis aliquid fecerit, si filios aut filias non relinquerit, quicumque de parentibus suis, quantum unus solidus valet, in hereditatem reciperit, vel cui weregildum eius, si interfectus fuisset, legitimi obvenibat, omnem debitum** culpabilis iudicetur, et omnem factum eius idoneare studeat, aut culpam incurreret.

*) i. e. qui compositionem debet.

***) i. e. compositionem.

2. Si quis autem post fide facta sacramenti in hoste bannitus fuerit, si non perrexerit, post 40 noctis; si autem perrexerit, post arma positionem super 14 noctes coniurare studeat.

3. Quod si sacramentum illi, qui prosequitur, non pronunciaverit, ipsi, qui placuit, ante annum revo-

E CODD. B.

egerit, cum legitimo numero similiter studeat implere, aut legitimam solutionem restituat.

LXIX.

p. 256.

De eo qui filium non relinquit.

1. Si quis moriens debitor aut testamenta venditionis seu tradicionis aliqua fecerit, si filios aut filias non relinquerit, quicumque de parentibus suis, quantum unus solidus valet, in hereditatem acciperit, vel cui weregildus eius, si interfectus fuisset, legitime obveniebat, omne debitum per ipsum solvi iudicatur, et omne factum eius idoneare studeat, aut culpam incurrat.

2. Si quis autem post fidem factam sacramenti in hostem bannitus fuerit, si non perrexerit, post 40 noctes; si autem perrexerit, post arma positionem super quattuordecim noctes coniurare studeat.

3. Quod si sacramentum ille, qui prosequitur, non pro-

E CODD. A.

p. 257. lutum vel septem noctis sacramentum suum coram testibus offerat, et coniurare studeat, et deinceps innocens habeatur.

4. Sin autem non adimpleverit, omnem repetitionem cum legis beneficium restituat.

5. Si quis pro hereditatem vel pro genuitatem certare coeperit post malo ordine cum 6 in ecclesia coniurata, cum 12 ad stafflo regis in circulo et in collore cum verborum contemplatione coniurare studeat. Si non adimpleverit, cum legis beneficium restituat. Aut si quis eum contra prendere voluerit, aut cum arma sua a se defensare voluerit ante rege, aut omnem repetitionem cum legis beneficium restituat.

LXVIII.

1. Si quis in caput vel in quacumque membro plagatus fuerit, et ossus exinde exierit, qui super viam 12 pedorum in scuto sonaverit, 36 solidos factus ei culpabilis iudicetur.

E CODD. B.

*p. 257. nuntiaverit, ipse, * qui placuit, ante annum revolutum vel septem noctes sacramentum suum coram testibus offerat, et coniurare studeat, et deinceps innocens habeatur.

4. Si autem non adimpleverit, omnem repetitionem cum legis beneficio restituat.

5. Si quis pro hereditate vel pro ingenuitate certare coeperit post malo ordine, cum 6 in ecclesia coniuret, cum 12 ad stappulum regis in circulo et in hasla, hoc est in ramo, cum verborum contemplatione coniurare studeat. Si non adimpleverit, cum legis beneficio restituat. Aut si quis eum contra prendere voluerit, aut cum armis suis se defensare studeat ante regem, aut omnem repetitionem cum legis beneficio restituat.

LXX.

De osse super viam sonante, vel absque effusione sanguinis.

1. Si quis in capite vel in quocumque membro plagatus fuerit, et os exinde exierit, quod si super viam 12 pedum in scuto iactum sonaverit, 36 solidis factus ei culpabilis iudicetur.

E CODD. A.

2. Si autem plura ossa exierint, pro unumquem- *p. 258.*
que sonante solidus addatur.

3. Quod si factor negaverit, quod talis plaga non fuerit, in quantum confessus fuerit, solvat, et de reliquo cum 6 iuret. Aut si non dixerit*, tam ipse quam coniuratores sui, qui iurare coeperint, cum 15 solidos restituant.

*) direxerit 4. 8—11; direxit 5; verbum *addunt* 8—10.

4. Quod si quis absque effusione sanguinis in quacumque libet membro osso fregerit, bis novem solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod ossus fractus non fuisset, et tunc uno solido componat.

5. Quod si quis absque effusionis sanguinis alii brachium, pedem, oculo, auditum, mucatum, digitum, vel quacumque libit membro mancaverit, sic eum componat, hac sic cum gladio ipsum dibilitasset.

LXIX.

1. Si quis homo regi infidelis exsteterit, de vita componat, et omnes res suas fisco censeantur.

E CODD. B.

2. Si autem plura ossa exierint, pro unoquoque osse *p. 258.*
sonante solidus addatur.

3. Quod si factum negaverit, quod talis plaga non fuerit, in quantum confessus fuerit, solvat, et de reliquo cum 6 iuret. Aut si non direxerit verbum, tam ipse quam coniuratores sui, qui iurare coeperint, cum 15 solidis restituant.

4. Quod si quis absque effusione sanguinis in quocumque libet membro os fregerit, 18 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod os fractum non fuisset, et tunc 1 solidum componat.

5. Quod si quis absque effusione sanguinis alium brachio, pede, oculo, auditu, mucatu, digito, vel quocumque libet membro mancaverit, sic eum componat, ac si cum gladio ipsum debilitasset.

LXXI.

De eo, qui regi infidelis extitit.

1. Si quis homo regi infidelis extiterit, de vita componat, et omnes res eius fisco censeantur.

E CODD. A.

2. Si autem quis proximum sanguinis interfecerit, vel incestum commiserit, exilio susteniat, et omnes ris suas fisco censeantur.

p. 259.

LXX.

1. Si quis homo a ligno seu a quolibet manufactile fuerit interfectus, non solvatur; nisi fortem quis auctorem interfectionis in usos proprios adsumpserit, tunc absque frido culpabilis iudicetur.

2. Si autem quis fossam vel puteum fecerit, seu pedica vel balista incaute posuerit, et ibidem hominem vel pecus debilitaverit vel interfecerit, omnem compositionem, sicut lex continet Ribuarua, culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iurit.

3. Quod si in sepem animal inpalaverit, et ipsi sepes mentonalis non fuerit, dominus sepis interfectionem seu debilitatem rei culpabilis iudicetur*.

*) *codex 11 addit*: aut si negaverit, cum legitimo numero iuret.

4. Si autem virga de foris sepe incaute missa

E CODD. B.

2. Si autem quis proximum sanguinis interfecerit, vel incestum commiserit, exilium sustineat, et omnes res eius fisco censeantur.

p. 259.

LXXII.

De homine a ligno interfecto.

1. Si quis homo a ligno seu aliquolibet manufactile fuerit interfectus, non solvatur; nisi forte quis auctorem interfectionis in usos proprios adsumpserit, tunc absque fredo culpabilis iudicetur.

2. Si autem quis fossam vel puteum fecerit, seu pedicam vel ballistam incaute posuerit, et ibidem hominem vel pecus debilitaverit vel interfecerit, omne compositione, sicut lex continet Ribuarua, culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret.

3. Quod si in saepem animal inpalaverit, et ipsa saepes mentonalis non fuerit, dominus saepis interfectionis seu debilitatis reus culpabilis iudicetur.

4. Si autem virga de foris saepe incaute missa fuerit et

E CODD. A.

fuerit et aliquid interfecerit, solvatur. Si autem de intus sepe se in virga inpalaverit, non est solvendus.

5. Quod si quis in sepem vel in quacumque libet periculo res alienas invitas minaverit, et ibidem interfecta vel debilitatas fuerint, similis restituat, aut cum 6 iurit, quod hoc non fecisset.

LXXI.

De quacumque causa fistuca intercesserit, lacina interdicator, sed cum sacramento se edoniare [studeat*].

*) studeat *addunt* 4. 9.

LXXII.

1. Si quis hominem interciaverit, et infra placitum mortuos fuerit, in quadrivio cum retorta in pede sepeliatur, et ibidem ad diem placitus cum testibus ^{p. 260.} accidat, et cum ipsis sex, qui eum sepelire viderunt, in haraho coniuret, quod ibidem ipsi interciatus

E CODD. B.

aliquid interfecerit, solvatur. Si autem de intus saepe se in virga inpalaverit, non est solvendus.

5. Quod si quis in saepem vel in quocumque libet periculo res alienas invitas minaverit, et ibidem interfectae vel debilitatae fuerint, similes restituat, aut cum 6 iuret, quod hoc non fecisset.

LXXIII.

De fistuca intercurrente.

De quacumque causa fistuca intercesserit, lacina interdicator, sed cum sacramento se idoniare [studeant*].

*) studeant *addit* 3.

LXXIV.

De homine intertiato vel pecore mortuo.

1. Si quis hominem intertiaverit, et infra placitum mortuus fuerit, in ^{*}quadrivio cum retorta in pede sepeliatur, et ^{p. 260.} ibidem ad diem placitus cum testibus accedat, et cum ipsis sex, qui eum sepelire viderunt, in araho coniuret, quod ibidem ipse intertiatus absque interfectione hominum, pecodum

E CODD. A.

absque interfectionem hominum, pecodum vel alterius rei, nisi communem mortem consumptus, sepultus iaciat, et ipsam retortam in pedem habeat, et sic per ipsa retorta super ipso sepulchro semper de manu in manu ambulare debet, usque dum ad ea manu venit, qui eum inlicito ordine vindedit vel furaverit. Quod [si] ita non fecerit, capitale et dilatura cum legis beneficio seu con furto culpabilis iudicetur.

2. Si autem ei fuga lapsus fuerit, si infra ducatum, super quattuordecim noctes; si extra ducato, super 40 noctes; quod si extra regno, super 80 placitus ei concidatur. Quod si infra placitum eum repraesentare non potuerit, capitale et dilatura seu texaga vel legis beneficio culpabilis iudicetur.

3. Si autem eum interfecerit, nisi in quadruvio cum retorta sepultus, ipsi capitale et dilatura cum texaga seu cenu werdunia vel legis beneficium culpabilis iudicetur.

4. Si autem aliquid culpa emiserit, dum inter-

E CODD. B.

vel alterius rei, nisi commune morte consumptus, sepultus iaceat, et ipsam retortam in pede habeat, et per ipsam retortam super ipso sepulchro semper de manu in manum ambulare debet, usque dum ad eam manum veniat, quae eum inlicito ordine vendidit vel furavit. Quod si ita non fecerit, capitali et dilatura cum legis beneficio seu cum furto culpabilis iudicetur.

2. Si autem ei fuga lapsus fuerit, si infra ducatum, supra quattuordecim noctes; si extra ducatum, super 40 noctes; quod si extra regnum, super 80 placitus ei concedatur. Quod si infra placitum eum repraesentare non potuerit, capitali et dilatura seu furto vel legis beneficio culpabilis iudicetur.

3. Si autem eum interfecerit, nisi in quadruvio cum retorta sepultus, ipse capitale et dilatura cum furto seu cinewerdunia vel legis beneficio culpabilis iudicetur.

4. Si autem aliquid culpae commiserit, dum intertius

E CODD. A.

tiatus est, ipsi ex hoc culpabilis iudicetur, qui eum eo tempore post se reteneat.

5. Si homo commendatus vel fugitivus defunctus fuerit, similiter in quadruvio cum retorta sepeliatur. Quod si ita non fecerit, ipsi, qui eum post se retenuit, precium rei cum legis beneficio culpabilis iudicetur.

6. Si autem animal intertius infra placitum mortuos fuerit, tunc illi, qui causam prosequitur, cum testibus memorare debet, qualiter adpreciatus fuerit, et illi, super quem interciatur, corio con caput^{p. 261.} decortigato in praesentia iudicis auctorem suum ostendere debet. Quod si auctor reciperet, tanto solido uno de cine werdunia pro corio restituat.

7. Quod si animal vivum fuerit et debilitatum vel macilendum, quantum eo tempore adpreciatus fuerit, sic de cenu werdunia restituat. Si autem sanum vel immaculatum restituerit, tunc omnem precium suum recipiat.

8. Quod si furtu ablatu fuerit, tunc illi, super

E CODD. B.

est, ipse de hoc culpabilis iudicetur, qui eum eo tempore post se retinuit.

5. Si homo commendatus vel fugitivus defunctus fuerit, similiter in quadruvio cum retorta sepeliatur. Quod si ita non fecerit, ipse, qui eum post se retinuit, pretium rei cum legis beneficio culpabilis iudicetur.

6. Si autem animal intertium infra placitum mortuum fuerit, tunc ille, qui causam prosequitur, cum testibus ^{*memo-} rare debet, qualiter adpretiatum fuerit, et ille, super quem intertium, corio cum capite decortigato in praesentia iudicis auctorem suum ostendere debet. Quod si auctor recip^{p. 261.} rit, tantum solidum unum de cine werdunia pro corio restituat.

7. Quod si animal vivum fuerit et debilitatum vel mace- lentum, quantum eo tempore adpraetiatum fuerit, sic de cine werdunia restituat. Si autem sanum vel immaculatum restituerit, tunc omne pretium suum recipiat.

8. Quod si furto ablatum fuerit, tunc ille super, ^{Quem}

E CODD. A.

quem interciatus fuerit, capitale et dilatura cum texaga culpabilis iudicetur.

9. Vestimentum autem seu his similia absque probabile signum interciare prohibemus.

LXXIII.

1. Si quis ingenuos Ribuarios furonem ligaverit, et eum absque iudicio principes solvere praesumpserit, 60 solidos culpabilis iudicetur.

2. Si quis eum vim tulerit, 60 solidos culpabilis iudicetur.

3. Si autem legatus fuga lapsus fuerit, et hoc cum sex iuraverit, quod absque eius voluntate fuga lapsus fuisset, innocens habeatur.

4. Si autem, cui commendatus fuisset, fugam evaserit, 60 solidos culpabilis iudicetur.

p. 262.

LXXIV.

Hoc autem constituemus, ut nullus cum servo

E CODD. B.

intertiatum fuerit, capitale et delatura cum furto culpabilis iudicetur.

9. Vestimentum autem seu his similia absque probabili signo interciare prohibemus.

LXXV.

De homine ligato absque iudicio dimisso.

1. Si quis ingenuus Ribuarius furem ligaverit, et eum absque iudicio principis solvere praesumpserit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si quis eum vi tulerit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

3. Si autem ligatus fuga lapsus fuerit, et hoc cum 6 con-
craverit, quod absque eius voluntate fuga lapsus fuisset, innocens habeatur.

4. Si autem, cui commendatus fuerit, fuga evaserit, 60 solidis culpabilis iudicetur.

p. 262.

LXXVI.

Ut nullus cum servo traditionem vel commutationem faciat.

Hoc autem constituimus, ut nullus cum servo alieno nego-

E CODD. A.

alieno negotium faciat vel commutationem facere non praesumat, nec ei ullam commendationem vel contradictionis faciat, nec a servo quisquam commendatam vel traditam rem accipiat. Si quis autem post haec divinicionem servum aliquid commendare praesumpserit, nihil recipiat, et dominus eius ex hoc innocens habeatur. Similiter de puero vel de muliere alterius constituimus.

LXXV.

Si quis caballum, hominem, vel qualibet rem in via propriserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas ipsum ostendat, et sic postea ad reges stafflum. Sin autem aliter agerit, fur iudicandus est. Quod si quis latronum aliquid tulerit, similiter faciat.

LXXVI.

Si quis Ribuarus in silva commune seu reges vel alicuius locadam materiamen vel ligna finata abstulerit, 15 solidos culpabilis iudicetur, sicut de

E CODD. B.

tium faciat vel commutationem facere praesumat, nec ei ullam commendationem vel traditionem faciat, nec a servo quisquam commendatam vel traditam rem accipiat. Si quis autem post hanc definitionem servo aliquid commendare praesumpserit, nichil recipiat, et dominus eius de hoc innocens habeatur. Similiter de puero vel de muliere alterius constituimus.

LXXVII.

De re propria vel secuta.

Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas ipsum ostendat, et sic postea ad regis stappulum. Sin autem aliter egerit, fur iudicandus est. Quod si quis latroni aliquid tulerit, similiter faciat.

LXXVIII.

De materiamine vel lignis furatis.

Si quis Ribuarus in silva communi seu regis vel alicuius locata materiamen vel ligna fissa abstulerit, 15 solidos culpabilis iudicetur, sicut de venationibus vel de piscationibus, quia non

E CODD. A.

ventionibus vel de piscationibus, quia non res possessa, sed de ligna agitur. Aut si negaverit, cum tres iurit.

LXXVII.

p. 263. Si quis hominem super res suas comprehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, aut super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit legare, sed coebus ei excesserit, et eum interfecerit, coram testibus in quadruvio in clita eum levare debet, et sic 40 seu 14 noctes custodire, et tunc ante iudice in harao coniurit, quod eum de vita forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

LXXVIII.

Si quis furonem in domo reciperet, vel ei ospicium seu victum praestiterit, dum res alienas furaverit, ipsi

E CODD. B.

res possessa est, sed de ligna agitur. Aut si negaverit, cum 3 iuret.

p. 263.

LXXIX.

De homine furbattudo.

Si quis hominem super rebus suis conpraehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, seu super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit ligare, sed procoebus ei excesserit, et eum interfecerit, coram testibus in quadruvio in clida eum levare debet, et sic 40 seu quattuordecim noctes custodire, et tunc ante iudicem in araho coniuret, quod eum de vita forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

LXXX.

De eo qui furem in domo reciperit.

Si quis furem in domo reciperit, vel ei hospitium seu victum praestiterit, dum res alienas furatus fuerit, ipse similis

E CODD. A.

similis furonem culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit, quod eum non celasset nec in domo pavisset.

LXXIX.

Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, et legitime superiuratus, et in iudicio principes penditus fuerit, vel in quocumque libet patibulum vitam finiverit, omnes res suas heredes possideant, exceptis *p. 264* capitale et dilatura in loco restituant.

LXXX.

Si quis Ribuarium de via sua ostaverit, 15 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod ei viam suam cum arma numquam contradixisset.

LXXXI.

Si quis homo Ribuarus defunctus fuerit, vel interfectus, et filium reliquerit, usque 15. anno pleno nec

E CODD. B.

furi culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod eum nec caelasset nec in domo pavisset.

LXXXI.

De homine penduto et eius hereditate.

Si quis homo propter furtum conpraehensus fuerit, et legitime superiuratus, et iudicio principis pendutus fuerit, vel in quocumque libet patibulo *vitam finierit, omnes res eius heredes **p. 264* possideant, excepto capitale et dilatura in locum restituant.

LXXXII.

De viae lacina.

Si quis Ribuarus ingenuum Ribuarium de via obstaverit, 15 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod ei viam suam cum armis numquam contradixisset.

LXXXIII.

Ut parvulus non respondeat ante 15 annos.

Si quis homo Ribuarus defunctus fuerit vel interfectus, et um reliquerit, usque 15. annum plenum nec causam prose-

E CODD. A.

venationibus vel de piscationibus, quia non res possessa, sed de ligna agitur. Aut si negaverit, cum tres iurit.

LXXVII.

p. 263. Si quis hominem super res suas comprehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, aut super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit legare, sed coebus ei excesserit, et eum interfecerit, coram testibus in quadruvio in clita eum levare debet, et sic 40 seu 14 noctes custodire, et tunc ante iudice in harao coniurit, quod eum de vita forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

LXXVIII.

Si quis furonem in domo reciperet, vel ei ospicium seu victum praestiterit, dum res alienas furaverit, ipsi

E CODD. B.

res possessa est, sed de ligna agitur. Aut si negaverit, cum 3 iuret.

p. 263.

LXXIX.

De homine furbattudo.

Si quis hominem super rebus suis conpraehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, seu super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit ligare, sed procoebus ei excesserit, et eum interfecerit, coram testibus in quadruvio in clida eum levare debet, et sic 40 seu quattuordecim noctes custodire, et tunc ante iudicem in araho coniuret, quod eum de vita forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

LXXX.

De eo qui furem in domo reciperit.

Si quis furem in domo reciperit, vel ei hospitium seu victum praestiterit, dum res alienas furatus fuerit, ipse similis

E CODD. A.

similis furonem culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit, quod eum non celasset nec in domo pavisset.

LXXIX.

Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, et legitime superiuratus, et in iudicio principes penditus fuerit, vel in quocumque libet patibulum vitam finiverit, omnes res suas heredes possideant, exceptis *p. 264* capitale et dilatura in loco restituant.

LXXX.

Si quis Ribuarium de via sua ostaverit, 15 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod ei viam suam cum arma numquam contradixisset.

LXXXI.

Si quis homo Ribuarium defunctus fuerit, vel interfectus, et filium reliquerit, usque 15. anno pleno nec

E CODD. B.

furi culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod eum nec caelasset nec in domo pavisset.

LXXXI.

De homine penduto et eius hereditate.

Si quis homo propter furtum conpraehensus fuerit, et legitime superiuratus, et iudicio principis pendutus fuerit, vel in quocumque libet patibulo *vitam finierit, omnes res eius heredes * *p. 264* possideant, excepto capitale et dilatura in locum restituant.

LXXXII.

De viae lacina.

Si quis Ribuarium ingenuum Ribuarium de via obstaverit, 15 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod ei viam suam cum armis numquam contradixisset.

LXXXIII.

Ut parvulus non respondeat ante 15 annos.

Si quis homo Ribuarium defunctus fuerit vel interfectus, et filium reliquerit, usque 15. annum plenum nec causam prose-

E CODD. A.

causam prosequatur, nec in iudicium interponendum sponsum reddat; 15. autem anno aut ipsi reus aut defensorem elegat. Similiter et filia.

LXXXII.

1. Si quis Ribuarus in messe aliena vel in quacumque libet clausuram damnum fecerit, aestimatione damni culpabilis iudicetur*. Si autem negaverit, et convictus fuerit, capitale cum texaga et dilatura culpabilis iudicetur.

*) *codex 8 hic inserit*: Si autem negaverit et convictus fuerit, cum 15 solidis damno restituat. Si quis absente pastore peculium in parricho miserit et aliquid exinde perdidit, similem restituat.

2. Si quis peculium in messe adpraehenso ad paricum minare non permiserit, 15 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod hoc non fecisset.

LXXXIII.

1. Si quis baro seu mulier Ribuarus per* maleficium aliquem perdidit**, weregildum componat.

*) venenum seu per aliquod *inserunt* 8. 10.
**) aut interfecerit *addunt* 3. 8. 10.

E CODD. B.

quatur, nec in iudicio interpellatus responsum reddat; 15. autem anno aut ipse respondeat, aut defensorem eligat. Similiter et filia.

LXXXIV.

De damno in messe vel in clausura.

1. Si quis Ribuarus in messe aliena vel in quacumque libet clausura damnum fecerit, aestimatione damni culpabilis iudicetur. Si autem negaverit, et convictus fuerit, capitale cum furto et dilatura culpabilis iudicetur.

2. Si quis peculium alieno in messe adpraehensum ad paricum minare non permiserit, 15 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod hoc non fecisset.

LXXXV.

De maleficio.

1. Si quis vir seu qua mulier Ribuarus per venenum, seu per aliquod maleficium aliquem perdidit, weregildum componat.

E CODD. A.

2. Si autem mortuos non fuerit, et varietatem seu debilitatem probabile ex hoc in corpus habuerit, 100 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit.

LXXXIV.

Si quis grafionem ad res alienas iniuste tollendas invitaverit, 45 solidos [culpabilis iudicetur, et] similem restituat.

LXXXV.

1. Si quis corpus mortuum, priusquam sepeliatur, expoliaverit, 100 solidos* cum capitale et dilaturas multetur.

*) culpabilis iudicetur et similis restituat *inserit* 7.

2. Si autem eum ex homo traxerit et expoliaverit, 200 solidos cum capitale et dilaturas culpabilis iudicetur, vel wargus sit*, usque ad parentibus satisfecerit.

*) hoc est expulsus *inserunt* 8. 10.

LXXXVI.

1. Si quis caballum alterius mortuum seu quo-

E CODD. B.

2. Si autem mortuus non fuerit, et varietatem seu debilitatem probabilem ex hoc in corpore habuerit, 100 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret.

LXXXVI.

De gravione iniuste invitato.

Si quis gravionem ad res alienas iniuste tollendas invitaverit, 45 solidos conponat, et similem restituat.

LXXXVII.

De corpore expoliato.

1. Si quis corpus mortuum, priusquam sepeliatur, expoliaverit, 100 solidis cum capitale et dilatura multetur.

2. Si autem eum ex humo traxerit et expoliaverit, 200 solidis cum capitale et delatura culpabilis iudicetur, vel wargus sit, hoc est expulsus, usque dum parentibus satisfaciat.

LXXXVIII.

De caballo excorticato.

1. Si quis caballum alterius mortuum seu quodcumque

E CODD. A.

cumque libet animal extra consilium domini sui excorticaverit, 30 solidos culpabilis iudicetur.

2. Si autem negaverit, et convictus fuerit, 100 solidos cum capitale et delatura multetur.

LXXXVII.

Si quis hominem, qui forbannitus est, in domo recipere praesumpserit, si Ribuarus est, 60 solidos, si regius, Romanus, vel ecclesiasticus, 30 solidos culpabilis iudicetur.

LXXXVIII.

Hoc autem consensu et consilio seu paterna traditione et legis consuetudinem super omnia iubemus, ut nullus obtimatis, maior domus, domesticus, comes, gravio, cancellarius, vel quibuslibet gratibus sublimitas, in provincia Ribuarus in iudicio resedens munera ad iudicio pervertendo non recipiat. Quod si quis in hoc depraehensus fuerit, de vita componatur.

E CODD. B.

libet animal extra consilium domini sui excorticaverit, 30 solidis culpabilis iudicetur.

2. Si autem negaverit, et convictus fuerit, 100 solidis cum capitale et delatura multetur.

LXXXIX.

De homine forbannito.

Si quis hominem, qui forbannitus est, in domum recipere praesumpserit, si Ribuarus est, 60 solidis, si regius, Romanus, vel ecclesiasticus, 30 solidis culpabilis iudicetur.

XC.

Ut nemo munera in iudicio accipiat.

Hoc autem consensu et consilio seu paterna traditione et legis consuetudine super omnia iubemus, ut optimates, maiores domus, domesticis, comites, graviones cancellarii, vel quibuslibet gradibus sublimati, in provincia Ribuarus in iudicio residentes munera ad iudicium pervertendum non recipiant. Quod si quis in hoc depraehensus fuerit, de vita componatur.

E CODD. A.

LXXXIX.

Nec nullus iudex fiscalis de quacumque libet causa freta non exigat, priusquam facinus conponatur. Si quis autem per cupiditatem istam transgressus fuerit, legibus conponatur. Fretum autem non illi iudici tribuat, cui culpa commisit; sed illi, qui solutionem recipit, terciam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat.

EXPLICIT LEX RIBUARIA. DEO GRATIAS. AMEN.

E CODD. B.

XCI.

Ut iudices sive missi fiscales freda non exigant, priusquam facinus conponatur.

Hoc quoque iubemus, ut iudices supra nominati sive fiscales de quacumque libet causa freda non exigant, priusquam facinus conponatur. Si quis autem per cupiditatem ista transgressus fuerit, legibus conponatur. Fredum autem non illi iudici tribuat, cui culpam commisit; sed illi, qui solutionem recipit, tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat.

EXPLICIT LEX RIBUARIORUM.

CORRIGENDUM.

Titulus 25. legis Ribuariae secundum textum A, quem edidi, compositionem 6 solidorum, non 5 solidorum habet. Compositio 5 solidorum, quam textus B et codd. A 2—4. 6. 7. 9. 10. habent, postea inducta esse videtur. Mutanda igitur erunt, quae p. 15 (§. 7) disserui. Solus tit. 24 (qui compositionem Salicam 2¹/₂ solidorum habet) postea legi Ribuariae additus esse videtur.

CAPITULARE LEGI RIBUARIAE ADDITUM. 803.

ex editione Alfredi Boretii repetitum¹.

LL. Capp. I,
p. 117.

Incipit nova legis constitutio Karoli imperatoris
qua in lege Ribuarria mittenda est.

1. I. cap. Si quis ingenuus ingenuum ictu percusserit, quindecim solidos conponat.

2. X. cap. Homo regius, id est fiscalinus, et aecclesiasticus vel litus interfectus centum solidis conponatur.

3. XII. cap. Homo ingenuus, qui multa qualibet solvere non potuerit et fideiussores non habuerit, liceat ei semetipsum in wadium ei, cui debitor est, mittere, usque dum multa, quam debuit, persolvat.

4. Item in eodem capitulo². De soniste aut sexcentos solidos conponat aut cum duodecim iuret aut, si ille, qui causam quaerit, duodecim hominum sacramentum recipere noluerit, aut cruce aut scuto et fuste contra eum decertet.

5. XX. cap. Nemini liceat servum suum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere; sed iuxta qualitatem damni dominus pro ipso respondeat vel eum in compositione aut ad poenam petitoris offerat. Si autem servus perpetrato scelere fugerit, ita ut a domino penitus inveniri non possit, sacramento
p. 118. se dominus eius excusare studeat, quod nec suae voluntatis nec conscienciae fuisset, quod servus eius tale facinus commisit*.

*) XXX. Sicut petierunt, ita domnus imperator consensit
addunt codd. 1. 2.

6. XXXIII. cap.³ Si quis ad mallum legibus manitus fuerit et non venerit, si eum sunnis non detenuerit, quindecim solidis culpabilis iudicetur; sic ad secundam et terciam. Si autem ad quartam venire contempserit, possessio eius in bannum mittatur, donec veniat et de re, qua interpellatus fuerit, iustitiam fatiat. Si infra annum non venerit, de rebus eius, quae in bannum missae sunt, rex interrogetur, et quicquid inde iudicaverit fiat. Prima ammonitio* super noctes septem, secunda super noctes quattuordecim, tertia super viginti et unam, quarta

*) manitio *cod. 3. 4.*

1) *Codices numeris 1—4. a Boretio notati sunt: 1. Paris. 4629. 2. Cheltenham 1736. 3. Vatic. Pal. 773. 4. Epored. 33. 2) Spectat ad tit. 18. huius editionis. 3) Spectat ad tit. 32. huius editionis.*

super quadraginta duas. Similiter et de beneficio hominis, si forte res proprias non habuerit, mittatur in bannum usque quo rex interrogetur.

7. XXXV. cap.⁴ Si auctor venerit et rem interciatam recipere rennuerit, campo vel cruce contendatur.

8. XLVIII. cap. Qui filios non habuerit et alium quemlibet haerodem sibi facere voluerit, coram rege vel coram comite et scabineis vel missis dominicis, qui tunc ad iustitias faciendas in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.

9. LVII. cap. Homo denarialis non ante haereditare in suam agnationem poterit, quam usque ad terciam generationem perveniat.

10. LXIII. cap.⁵ Homo cartularius similiter.

11. LXVII. cap. Omne sacramentum in ecclesia aut supra reliquias iuretur; et quod in ecclesia iurandum est, vel cum sex electis vel, si duodecim esse debent, quales potuerit invenire: sie illum Deus adjuvet et sancti, quorum istae reliquiae sunt, ut veritatem dicat.

12. LXXII. cap. Si res interciata furto ablata fuerit, liceat ei, super quem res interciata fuerit, sacramentum se excusare de furto, nec suae voluntatis aut conscientiae fuisse, quod ablatum est; et tantum sine dampno restituat.

4) *Spectat ad tit. 33. huius editionis.*

5) *Spectat ad tit. 61. huius editionis.*

**LEX
FRANCORUM CHAMAVORUM.**

PRAEFATIO.

LL.V, p.269.

Quid sibi velit brevis ea lex, quam docti nostra aetate legem Francorum Chamavorum appellare solent, tenore libelli ipsius satis demonstratur. Inscribitur lex his verbis: Notitia vel commemoratio de illa euua, quae se ad Amorem habet. Bis in contextu legis (c. 26. 28) de furto in Amore (Ammore) commisso agitur. Verbis ad Amorem, in Amore terram eam significari, quae in documentis saeculi noni Hamarland, Hamalant, Hammelant, Hamuland appellatur, Frisionibus et Saxonibus ('Maasgau') vicinam (cfr. c. 27—29 legis nostrae), pro certo haberi potest¹. Nomen pago dederunt Chamavi, vetus atque inclita civitas Germanorum, quae iam Tacito nota (Annal. XIII, c. 55. Germania c. 33. 34) postea pars Francorum effecta est. Saeculo nono pagus Hamalant pago Ribuariorum adnumeratur. Quae cum ita sint, lex nostra pro additamento quodam legis Ribuariae haberi potest, eamque formam monstrat, in quam ius Ribuariorum in confinio illo inter Ribuarios, Frisiones, Saxones mutatum est.

Neque minus aperte causam iuris Francorum Chamavorum describendi libellus noster indicat. Legimus enim legis initio: In primo capitulo de causis ecclesiae et de illis servis Dei, qui ibidem deserviunt, sic habemus, quomodo et alii Franci habent. Quae verba intelligi non possunt, nisi supponimus, de certis capitulis missos quaesivisse et responsa a populo accepisse. Primum igitur e propositis capitulis haec habebat: De causis ecclesiae et de illis servis Dei, qui ibidem deserviunt; secundum capitulum (de quo lex nostra c. 2. agit): De banno dominico. Aliud capitulum: De ingenuis homini-

1) Cfr. quae nuper exposuit R. Schroeder, 'Untersuchungen zu den fränkischen Volksrechten', ap. Pick, 'Monatsschrift für die Geschichte Westdeutschlands, VI. Jahrgang', 1880, p. 492 spp., qui nomine Hamalant tres pagos: Hamalant (sensu strictiore), Twente et Thrianta, comprehensos fuisse ostendit. Cfr. R. Schroeder in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte. Germanistische Abtheilung', II. (1881), p. 47. 48.

E CODD. A.

venationibus vel de piscationibus, quia non res possessa, sed de ligna agitur. Aut si negaverit, cum tres iurit.

LXXVII.

p. 263. Si quis hominem super res suas comprehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, aut super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit legare, sed colebus ei excesserit, et eum interfecerit, coram testibus in quadruvio in clita eum levare debet, et sic 40 seu 14 noctes custodire, et tunc ante iudice in harao coniurit, quod eum de vita forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

LXXVIII.

Si quis furonem in domo reciperet, vel ei ospicium seu victum praestiterit, dum res alienas furaverit, ipsi

E CODD. B.

res possessa est, sed de ligna agitur. Aut si negaverit, cum 3 iuret.

p. 263.

LXXIX.

De homine furbattudo.

Si quis hominem super rebus suis conpraehenderit, et eum ligare voluerit, aut super uxorem, seu super filiam, vel his similibus, et non praevaluerit ligare, sed procolebus ei excesserit, et eum interfecerit, coram testibus in quadruvio in clida eum levare debet, et sic 40 seu quattuordecim noctes custodire, et tunc ante iudicem in araho coniuret, quod eum de vita forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidii culpabilis iudicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero iuret, quod hoc non fecisset.

LXXX.

De eo qui furem in domo reciperit.

Si quis furem in domo reciperit, vel ei hospitium seu victum praestiterit, dum res alienas furatus fuerit, ipse similis

E CODD. A.

similis furonem culpabilis iudicetur, aut cum sex iurit, quod eum non celasset nec in domo pavisset.

LXXIX.

Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, et legitime superiuratus, et in iudicio principes penditus fuerit, vel in quocumque libet patibulum vitam finiverit, omnes res suas heredes possideant, exceptis *p. 264* capitale et dilatura in loco restituant.

LXXX.

Si quis Ribuarium de via sua ostaverit, 15 solidos culpabilis iudicetur, aut cum 6 iurit, quod ei viam suam cum arma numquam contradixisset.

LXXXI.

Si quis homo Ribuarium defunctus fuerit, vel interfectus, et filium reliquerit, usque 15. anno pleno nec

E CODD. B.

furi culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod eum nec caelasset nec in domo pavisset.

LXXXI.

De homine penduto et eius hereditate.

Si quis homo propter furtum conpraehensus fuerit, et legitime superiuratus, et iudicio principis pendutus fuerit, vel in quocumque libet patibulo vitam finierit, omnes res eius heredes ** p. 264* possideant, excepto capitale et dilatura in locum restituant.

LXXXII.

De viae lacina.

Si quis Ribuarium ingenuum Ribuarium de via obstaverit, 15 solidis culpabilis iudicetur, aut cum 6 iuret, quod ei viam suam cum armis numquam contradixisset.

LXXXIII.

Ut parvulus non respondeat ante 15 annos.

Si quis homo Ribuarium defunctus fuerit vel interfectus, et filium reliquerit, usque 15. annum plenum nec causam prose-

NOTITIA VEL COMMEMORATIO DE ILLA EUUA,
QUAE SE AD AMOREM HABET¹.

I.

In primo capitulo de causis ecclesiae et de illis servis Dei, qui ibidem deserviunt, sic habemus, quomodo et alii Franci habent.

II.

De banno dominico similiter habemus, sicut alii Franci habent.

III.

Qui hominem Francum occiderit, solidos 600 componat. Ad opus dominicum [et] pro fredro solidos 200 componat.

IV.

Qui hominem ingenuum occiderit, solidos 200 componat, et exinde in dominico terciam partem componat.

V.

Qui lidum occiderit, componat solidos 100, et exinde in dominico terciam partem.

VI.

Qui servum occiderit, solidos 50 componat. Exinde in dominico, sicut diximus, terciam partem.

VII.

Si quis comes in suo comitatu occisus fuerit, in tres weregildos, sicut sua nativitas est, componere faciat.

1) Ita 1, verbis ad Amorem codex 1 superscripsit glossam interlinearem: *gezunsti (i. e. pactum, conventio), qua verbum euua transferri, iam Gauppius, l. cil. p. 7, recte monuit; Notitia vel commemoratio de illis quae ammoneri debent 2, corruptum verbum ammoneri argumento est, archetypum, ex quo codex 2 fluxit, hic quoque habuisse: Ammorem, cfr. infra c. 26. 28.*

p. 272.

VIII.

Si quis missum dominicum occiderit, quando in missatico directus fuerit, in tres weregildos, sicut sua nativitas est, componere faciat.

IX.

Si quis wargengum occiderit, solidos 600 in domino componat.

X.

Si quis hominem ingenuum ad servitium requirit, cum 12 hominibus de suis proximis parentibus in* sanctis iuret, et se ingenuum esse faciat*, aut in servitium cadat.

*) *Codex 2: in sanctum ingenuum se esse faciat.*

XI.

Qui per hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, sua* manu duodecima ipsum ingenuum dimittere faciat*.

*) *Codex 2: in loco, qui dicitur sanctum, sua manu cum 12 ipsum ingenuum dimittere faciat.*

XII.

Qui per cartam aut per hantradam ingenuus est, et se ille foris de eo miserit, tunc ille leodis in dominicum veniat, et suus peculiaris traditum iam dicto domino non fiat.

XIII.

Qui per cartam est ingenuus, sic debet in omnia pertinere sicut alii Franci.

XIV.

Qui de mundeburgio aliquid habuerit, ad illum seniore, qui eum ingenuum dimisit, sua peculia reverti faciat.

XV.

De quali causa quod sacramentum permiserit*, et ad placitum non iuraverit, ipsam causam reddere faciat.

*) *Sic 1. 2; promiserit correxit Baluzius.*

XVI.

p. 273.

Qui* homini alio adframivit per wadium*, et ipse homo eum dampnum incurrere dimittit, ille, qui suo wadio adhramivit, de suo omnia componat super noctes 7. Ille, qui precat adhramire, duplum componere faciat.

*) *Codex 2*: Qui propter alium hominem wadium adhrammivit.

XVII.

Si quis hominem Francum sine culpa ligaverit*, solidos 12 componat, et in fredo dominico solidos 4.

*) plagaverit 2.

XVIII.

Qui per capillos Francum priserit, solidos 12, et in dominico solidos 4. Et qui ei sanguinem sine culpa effuderit, solidos 12 componat, et in fredo dominico solidos 4.

XIX.

Si quis hominis Franci casam infregerit, solidos 12 componat, et in dominico solidos 4.

XX.

Si quis hominis Franci curtem infregerit, solidos 6 componat, in dominico solidos 4. Suam manum aut suum pedem aut suum oculum pro quarta parte de sua leode, et in fredo dominico semper de unaquaque re solidos 4.

XXI.

De ingenuo homine in emendatione sua solidos 8, nisi, sicut superius diximus, in fredo dominico solidos 4.

XXII.

p. 274.

De lido in emendatione solidos 4, in fredo dominico solidos 4.

XXIII.

De servo in emendatione solidos 2, in fredo dominico solidos 4.

XLI.

Si quis viam publicam clauserit, in fredo dominico solidos 4.

XLII.

Si quis Francus homo habuerit filios*, hereditatem suam de sylva et de terra eis dimittat et de mancipiis et de peculio. De materna hereditate similiter in filiam veniat.

*) duos addit 1, quod sensu caret et fortasse ex ultimis litteris antecedentis verbi filios iteratis originem duxit; codex 2, ubi duos deest, genuinum textum huius capituli absque dubio exhibet.

p. 276.

XLIII.

De ingenuis hominibus, quomodo aut qualiter ad placitum per bannum debeant venire. Ingenuus, si per comitem aut per missum suum bannitus fuerit infra comitatum de maxima causa, super noctes 14 ad placitum veniat. Si minor causa extiterit, super noctes 7 ad placitum veniat.

XLIV.

Si quis de lido suo pro aliqua causa in ratione fuerit inventus, super noctes 14 ipsum lidum ad placitum adducat, si senior suus in ipso comitatu est. Si in alio comitatu est, ipse lidus suum seniore ad placitum adducat super noctes 25. Si in tercio comitatu est, super noctes 42. Si in alio ducato est, super noctes 84 cum suo seniore veniat ad ipsum placitum*.

*) cum seniore suo ducat ad placitum 2.

XLV.

De raptu. Si quis ingenuus cum lidis raptum fecerit, cum uno wadio et una manu emendare studeat.

XLVI.

Si quis hominem in mordro occiderit, tunc exeat ad iudicium, aut suus senior per sacramentum eum liberet.

XLVII.

Si cuius puellam sponsatam alius priserit, solidos 200 componere faciat, in fredo solidos 60.

XLVIII.

Si fur de 7 latrociniis comprobatus fuerit, exiet ad iudicium. Si ibi incenderit, tradant eum ad mortem. Et posteaquam ad iudicium ambulaverit, si ibi non incenderit, tunc liceat suo seniori wadio suo illum adhrammire et pro eo emendare ac de morte liberare.

EXPLICIT.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

SCRIPSIT K. ZEUMER.

Nudi numeri titulos et capita legis Ribuariae indicant, numeri litera p. praemissa paginas; r. significat rubricas et textus B in contextu legis Ribuariae editas et eas, quae in indicibus p. 33—39. exstant. Cap. = Capitulare p. 108 sq. Ch. = Lex Cham.; Gl. = Glossa codicis Sancti Petri in Silva nigra nr. 87, cf. LL. V, p. 277.

- abscidere manum p. 39, membrum 5, 6.
 abscisio auriculae, nasi p. 39; a. pedis p. 40.
 absolvere a iugo servitutis 57, 2.
 accedere: ubi sexcenti sol. accedunt 12, 2 (A); damnum accesserit 45.
 acceptor v. acceptor.
 accipere possessionem 60, 1; a. commendatam vel traditam rem 74; a. cartam 57, 1; a. testamentum 60, 1; a. testamentum venditionis 59, 1; a. iudicium conscriptum 59, 7; a. iudicium 66, 1; accipere = uxorem ducere 35, 3; 58, 10, 11; p. 43; = nubere 58, 10* (A).
 accusare innocentem ad regem 38.
 accusatio innocentem ad regem p. 42.
 actor = 'Amtmann': actores 58, 20; 65, 2, 3 (B). Vide auctor.
 actures i. q. actores.
 adducere pro educere: auctor cum legibus eum ex hoc adducat 57, 2.
 adfatimi: adoptare in hereditatem vel adfatimi per scripturarum seriem 48.
 adfatimire: de adfatimire 49, r.; Gl.: affatimire: 'zigfadimanne'.
 adfatimus: si adfatimus fuerit inter virum et mulierem 49; Gl.: affatimus: adoptivus; v. adfatum.
 adfirmare 66, 1.
 adframire i. q. adhramire: qui homini alio adframivit per wadium Ch. 16.
 adfratimire pro adfatimire p. 36.
 adhibere testes 48; 50, r.; 60, r.
- adhramire, adhrammire: wadio, wadium a. Ch. 16. 48; qui a. precat Ch. 16. Cf. adframire.
 adimplere: bannum a. 65, r.; iudicium a. 58, 8; 60, 5; adimplere (sc. sacramentum) 67, 4, 5; 77.
 adiurare 33, 4 (B).
 admallare, admalare: eum ad strude legitima admallatum habet 32, 3. Cf. malare.
 admanire, admannire testes 60, 1 (A). Cf. manire.
 [admissarius] v. amassarius.
 admittere = committere 61, 2.
 adoptare, adobtare in hereditatem 48.
 adpreciare, adpretiare: 72, 6, 7; qualiter singulae species adpreciantur p. 42.
 adprobare: 41, 1; 50, 2.
 adquiescere: qui raginburgiis recte dicentibus non adquieverit 55.
 adulterare ingenuam puellam p. 42.
 adunare pro etuniare, idoniare: p. 44.
 advena: 36, 1—4; p. 42.
 aestimatio damni: 82, 1; p. 45.
 agere causas p. 45.
 agnatio = progenies Cap. 9.
 agramire pro adfatimire: p. 36.
 Alamannus: Alamanni 31, 3; p. 42; advena Alamannus 36, 4.
 alapae, alapes: alapas dare 60, 1.
 alienus: de omnibus rebus alienus existat 57, 2.
 aliud (allium) tantum: a. t. restituit 45; per a. t. componere Ch. 28; cum alio tantum emendare Ch. 29.

- alodus, alodis: de alodis 56, r. (A); de alodibus 56, r. (B); *Gl.*: alodibus: proprietatibus.
- alsaccia = *responsum ante altare ecclesiae*: 58, 19.
- altare, altarium: ante altario verba commemoret 58, 19; si manum cancellarii de altario traxerit 59, 4; absque pugna cartam suam super altario positam idoneare 59, 5.
- amallus = *gamallus*, '*Gerichtsgenossé*': locum, ubi amallus est 33, 1 (A).
- amassarius = *admissarius*: 18, 1.
- ambulare in utilitatem regis p. 44; ambulare de manu in manu 58, 8; 72, 1; ambulare cum furto *Ch.* 31; ambulare ad iudicium (*sc. iudicium Dei*) *Ch.* 48.
- ammonitio *Cap.* 6.
- amonere *pro* admanire p. 41.
- Amore, Ammore = *terra Chamavorum*, '*Hamarlant, Hamalant*': euua, quae se ad Amorem habet *Ch. r.* p. 117; in Amore *Ch.* 26, 28.
- ancilla: 58, 17; ancilla regis 58, 14; p. 43; ancilla Ribuararia 58, 10; p. 43; ancilla Ribuararii 58, 15; Ribuararius si ancille alterius se sociaverit p. 43; ancilla regia, ecclesiastica, tabularii 58, 9, 14.
- animal suum per vestigium sequi 47, 1; animal intertiatum 72, 6, 8; animal excorticare 86, 1; de animalibus iuvenibus *Ch.* 25.
- annus: ante annum revolutum vel septem noctes 67, 3; infra annum *Cap.* 6; annus quintusdecimus 81.
- antiquitus est constitutum 36, 12.
- apertus: portae apertae 61, 1.
- apis = *examen apium*: apem furare 42, 6 (A).
- appiarium = *apiarium*: de appiario apem furare 42, 6 (A).
- applicare: postquam eum (*sc. servum*) ad ignem applicuerit *corrupta ex* postquam eum ad ignem placuerit 30, 2 (B); v. placere.
- aqua: in aqua celare (*sc. ingenuum interfectum*) 15.
- aracho, araho v. haraho.
- archidiaconus: 58, 1, 5, 6.
- argentum: solvere cum argento 36, 12.
- arma: cum arma sua (armis suis) se defensare ante regem 32, 4; 67, 5; cum arma (armis) viam contradicere 80; cum armis ban-nitus *Ch.* 34; 'arma' clamare *Ch.* 37.
- armapositio = *armorum depositio*, '*scaftlegi*': post armapositionem super 14 noctes coniurare studeat 67, 2.
- armare: dextera armata 33, 1; 66, 1.
- aroen, aroene = *rapina*: de aroen *etc.* p. 37; 56, 4*. *Cf.* de charoena *Lex Sal.* 61; Müllenhoff *ap. Waitz*, '*D. alte Recht*' p. 280; Grimm *ap. Merkel*, *Lex Salica* p. XLVI; Kern, '*Die Glossen in der lex Sal.*' p. 112, *et ap. Hessels*, *Lex Salica*, '*Notes*' §. 258.
- arte *pro* sarte 60, 4 (B) *et Gl.*
- articulus: articulum amputare 5, 9.
- ascendere: quantumcunque culpa ascenderit 10, 2; caballum ascendere 40.
- ascensio cavalli p. 42.
- acceptor, acceptor: a. non domitus, a. mutatus 36, 11.
- auctor: 64; auctorem suum repraesentare, auctorem suum in praesente habere 33, 1; si auctor rem intertiam recipere rennuerit 33, 3; *Cap.* 7; quod auctorem vel casam seu postim ianuae auctoris suae nesciat 33, 4; auctorem suum ostendere 72, 6; auctor cum legibus eum ex hoc adducat (educat) 57, 2; auctor, qui ingenuum dimisit 58, 6; auctor dimissionis 58, 7; auctor interfectionis (*de ligno et de manufactili dicitur*) 70, 1. — auctor *pro* actor 65, 2, 3 (A).
- audire: 'arma' clamare audire *Ch.* 37; audire non posse 5, 1; audire perdere = auditum perdere 5, 1 (A).
- auditus: auditum perdere 5, 1 (B); auditum mancare 68, 5.
- auferre aliquem de mundeburde regis, ecclesiae 35, 3; 58, 12, 13; de ecclesia aliquid vi auferre 60, 8; furto auferre *Cap.* 12. strudem legitimum auferre 32, 3; pollex dexter cancellario auferatur 59, 3.

- auricula:** auriculam excutere 5, 1; 26; *cf. p.* 39; auriculas torquere 60, 1.
- auxiliare** 34, 3 (A).
- auxillum praebere** 34, 3 (B).
- aviatica hereditas** 56, 4.
- bainbergas, bagnbergas** (*acc. plur.*) = *ocreas*: 36, 11.
- Baluvarius, Boglus:** advena B. 36, 4.
- balista, ballista:** balistam incaute ponere 70, 2; *Gl.*: balista: 'slen-gira'.
- bannire, bantre:** puellae vel mulieres, quae in verbo regis bannitae sunt *p.* 42; si quis legibus in utilitatem regis, sive in hoste sive in reliquam utilitatem, bannitus fuerit 65, 1; bannitus, banniti in hostem 67, 2; *p.* 44; comes ad placitum suum hominem bannit *Ch.* 40; cum armis bannitus *Ch.* 34; cum caballo bannitus *Ch.* 35; ad pontem publicum bannitus *Ch.* 39; per comitem aut per missum bannitus *Ch.* 43.
- bannus:** bannum non adimplere 65, *r.*; in bannum mittere *Cap.* 6; de banno dominico *Ch.* 2; ad placitum per bannum venire *Ch.* 43.
- baro** = *vir*: 58, 12, 13; 83, 1 (A).
- basilica:** ostium basilici (basilicae) 59, 4.
- beneficium, beneficium legis** = *compositio*: 60, 4; 66, 1; 67, 4, 5; 72, 1, 2, 3, 5. — *benefitium* = *res in b. data* *Cap.* 6; *Gl.*: beneficium: 'lehan'.
- berbex** = *vervex* 42, 5 (A).
- Begius v. Baiuvarius.**
- bos:** *Ch.* 25; bos cornutus 36, 11.
- brachium stringere** 39, *r.*, mancare 68, 5.
- brunnia, bruina:** 36, 11.
- bunislegi:** si ingenuus servum ictu percusserit, ut sanguis non exeat, usque ternos colpos, quod nos 'bunislegi' dicimus 19, 1³ (B).
- Burgundio, Burgendio:** Burgundiones 31, 3; advena Burgundio 36, 2; *p.* 42.
- butinae, butinas** = *incisiones, quibus notabantur arbores terminales*: 60, 4; *Gl.*: butine: 'lach'. *Cf. Grimm, 'RA.'* *p.* 546.
- caballus, cavallus:** caballum extra consilium domini sui ascendere 40; *cf. p.* 42; caballum excorticare 86; cum caballo bannitus *Ch.* 35; caballus spadatus *Ch.* 25.
- cadere in servitium** *Ch.* 11.
- caelare v. celare.**
- calli** (= *calli terrae?* *Cf. Behrend, Lex Sal. p.* 140): cum ramo aut callis celare 15 (A).
- cambortus** = 'Zaunpfah' (*cf. Duncange s. v.*): 43; *Gl.*: cambortus: 'etar'.
- campus:** campo contendatur (*iudicium Dei*) *Cap.* 7.
- cancellarius:** rationes cancellariorum *p.* 44; cancellarius cum sacramenti interpositione idoneare studeat (idoneam confirmet) (*sc. cartam, venditionem*) 59, 2; si testamentum falsatum fuerit —, cancellario pollex dexter auferatur 59, 3; manum cancellarii de altario trahere 59, 4; si cancellarius mortuus fuerit, liceat — cum 3 cartis, quas ipse cancellarius scripsit, cartam — idoneare 59, 5; cancellarius 88 (A); cancellarii 88 (B).
- capelatum v. capulare.**
- capilli:** qui per capillos Francum priserit *Ch.* 18.
- capitale:** 18, 1, 2; 29; 33, 3; 45* (A). 72, 1, 2, 3, 8; 82, 1; 85, 1, 2; 86, 2.
- capri, caprae:** de capris *Ch.* 25.
- capitulum** *Ch.* 1; *Cap.* 4.
- capsus:** de plagis infra capsum *p.* 39.
- captivus, captivatus** 16.
- capulare, cappulare, capelare:** materium capelatum (*i. e. materia fissa*) *p.* 45; si quis virgas, re-tortam capulaverit 42; *Gl.*: cap-pulaverit: 'firhouwid'.
- caput:** in caput (capite) plagatus 68, 1; corium con caput (cum capite) 72, 6.
- carruca** 44.
- carrus:** per messem alienam cum carro vel carruca transire 44.

carta: si quis mulierem disponaverit, quidquid ei per cartarum instrumenta conscripserit 37, 1; eiusdem rei (*sc. manumissionis*) cartam acciperit 57, 1; per cartam ingenuus *Ch.* 12, 13; si carta in iudicio perforata etuniata (idoniata, idonea) fuerit 59, 3; cum 3 cartis, quas ipse cancellarius scripsit, absque pugna cartam suam super altario positam idoneare 59, 5; si quis in iudicio interpellatus cartam prae manibus habuerit 59, 8. *Cf.* cartula, tabulae, testamentum. cartula p. 44.

cartularius homo = *per cartam manumissus, civis Romanus factus* *Cap.* 10.

casa: casam auctoris sui nescire 33, 4; casam infringere *Ch.* 19; quidquid in casa furaverit *Ch.* 25.

castrare: 6, 1; 27; 58, 17.

castratio: 6, r.; 27, r.

causa: p. 44; *Ch.* 44; causas agere p. 45; causam sequi 32, 3; 59, 3, 4; causam prosequi 55; 58, 5; 58, 7 (*B.*); 59, 3 (*B.*); 72, 6; 81; causam quaerere *Cap.* 4; cause prosecutor 58, 7 (*A.*); causae ecclesiae *Ch.* 1; causa maxima, minor *Ch.* 43; quicumque in causa victor extiterit semper iudicium conscriptum accipiat 59, 7; de quacumque causa festuca intercesserit 71; de causa freta exigere 89.

cavallus v. caballus.

celare, celari, caelare: eum (*sc. interfectum*) celari 15; furare et celare 42, 1; celare furem 78.

cenu werdunia v. cine werdunia.

censeri: omnes res suas (eius) fisco censeantur 69, 1, 2.

centenarius: ad mallum ante centenarium vel comitem 50, 1; adducere latronem aut ante comitem aut ante suum centenarium *Ch.* 30.

certare pro hereditate et ingenuitate 67, 5.

cervus domitus p. 42; cervus domitus vel cum triutes 42, 2.

cine werdunia, cinewerdunia, cenu werdunia, cinu werdunia = *suum pretium*: de cine werdunia sua recipiat 33, 2 (*A.*); cinewerduniam

suam recipiat *ib.* (*B.*); capitale et dilatata cum texaga seu cenu werdunia vel legis beneficium culpabilis iudicetur 72, 3; solidum unum de cine werdunia pro corio restituat 72, 6; quantum [animal] eo tempore adpreciatum fuerit, sic de cenu werdunia restituat 72, 7.

circulus, circlus: in circolo (circulo) coniurare 67, 5. *Cf.* collore.

civis Romanus 61, 1; — civem Romanam pro civem Romanum *exhibet A.*

clamare: falsum clamare testamentum regis 60, 6; 'arma' clamare *Ch.* 37.

claudere viam publicam *Ch.* 41.

clausura: 43; 82, r. 1.

clericus: de clericis interfectis p. 42; si quis clericum ingenuum interfecerit 36, 5 (*A.*); si quis clericum interfecerit — si servus, regius, ecclesiasticus, litus, liber *ib.* (*B.*); tabulas manibus clericorum roboratas 58, 5.

clerus 58, 1.

clida, elita = *crates, 'Hürde, Bahre von Flechtwerk'*; *cf. Merkel, LL. III, p. 36, n. 58; Diez, 'WB.' II s. v. 'claid'*: in quadrivio in clida eum (*sc. hominem forbatudum*) levare debet 77; *Gl.*: in clida: 'biscilbit'.

clusura p. 39 pro clausura.

coepi, caepi: 67, 5; solvere coepit, coeperit 33, 2; 36, 11 (*A.*); qui iurare coeperit 68, 3.

cognoscere: rem suam cognoscere 33, 1; p. 41; cognitum facere *Ch.* 31, 36.

colebus v. colpus.

collore: in circolo et in collore coniurare 67, 5 (*A.*), *ubi B habet*: in circolo et in hasla, hoc est in ramo.

colpus, colebus = *colaphus*: 19, 1; 77 (*A.*); v. procolebus.

comes: 58, 18; 88; *Ch.* 38; index fiscalis, quem comitem vocant 53, 1; p. 43; comes in suo comitatu occisus *Ch.* 7; ante comitem 32, 3; 50, 1; *Ch.* 30; coram comite *Cap.* 8; per comitem bannitus *Ch.* 43.

comitatus: *Ch.* 7, 43; in ipso, in alio, in tercio comitatu *Ch.* 44.
 commemorare verba 58, 19.
 commemoratio *Ch. r. p.* 117.
 commendare: de ingenuis hominibus, qui in obsequio se commendant *p.* 41; commendatus, homo commendatus 72, 5; 73, 4; a servo rem commendatam vel traditam accipere 74; servo aliquid commendare 74; *p.* 45; commendare (= *iubere*) *Ch.* 38.
 commendatio 74.
 communis: mors communis 72, 1; silva communis 76.
 commutatio: commutationem cum servo alieno facere 74.
 comparare rem 59, 5; villam, vineam vel quamlibet possessiunculam ab alio comparare 60, 1.
 componere, compositio, comprehendere *v. comp.*
 comprobatus *Ch.* 48.
 corderectus = *condirectus*: helmo corderecto (= *galea exornata, instructa*) 36, 11.
 condonare: 57, 2; 59, 9.
 conferre = *donare* 37, 2.
 confirmare idoneam (*sc. cartam*) 59, 2 (*B.*). confirmare sacramenta 66, 1.
 confirmatio legis *p.* 46.
 confiteri: 54, 1; 68, 3.
 congregare testes *pro admanire* testes 60, 1 (*B.*).
 coniurare: 58, 21; 67, 2, 3; coniurare cum 3 testibus in haraho 30, 2; cum sex coniurare 67, 5; coniurare sibi septimus vel duodecimus vel septuagesimus secundus 66, 1; sibi septimus coniuret cum ipsis testibus, qui tabulas conscripserunt 58, 5; sibi septimus in haraho coniuret 33, 2; cum 3 raginburgiis in haraho coniurare 32, 2; coniurare ante iudice in haraho 77; coniurare in ecclesia 67, 5; coniurare cum dexteris armatas 33, 1; ad staffilo regis in circulo et in collore cum verborum contemplatione coniurare 67, 5 (*A.*); ad stappulum regis in circulo et in hasla, hoc est in

ramo, cum verborum contemplatione coniurare 67, 5 (*B.*); sacramentum absque tangano coniurare 58, 20. *Cf.* iurare, iuratores, coniuratores.
 coniuratores 68, 3.
 conlaborare 37, 2.
 conmorsus, cummorsus = *qui iam in venatione fuit*: gruarium cummorsum 36, 11; *Gl.*: conmorsum: 'gibeizida'.
 compellere: iudicium compellatur adimplere 60, 5.
 componere, componi: 5, 4, 7; 10, 1; 11, 1, 3; 19, 1, 3; 23; 68, 4, 5; 84 (*B.*); *Ch.* 3—9, 16—19, 24, 26—28, 30, 31, 33—39, 47; de vita componere 34, 4; 60, 6; 69, 1; 88; weregildum componere 64; in triplo componere 42, 4—6 (*A.*).
 compositio, composito: 10, 2; 18, 3; *p.* 35, 40, 42; *Cap.* 5; compositio, sicut lex continet Ribuariorum 70, 2.
 comprehendere, comprehendere: iudicium (superius) comprehensum adimplere 58, 8; 60, 5; *cf.* 31, 1; comprehendere hominem super res suas *p.* 45; comprehendere hominem super res suas, super uxorem, super filiam 77; homo propter furtum comprehensus 79; comprehendere latronem *Ch.* 30.
 consentientia *Cap.* 5, 12.
 conscribere: 59, 7; civem Romanum portasque apertas conscribere 61, 1; testamentum conscribere 59, 1; iudicium conscriptum 59, 7; conscribere (*sc. in donatione*) = *donare, tradere*: condonare et conscribere 59, 9; quae conscripta vel tradita sunt 37, 3; conscribere (= *subscribere*) tabulas 58, 5.
 consensus: 88.
 consentire *Cap.* 5*.
 consideratio: *p.* 44.
 consillium: *proprie* 88; = *consensus* 40; 86.
 consors (= *coheres?*): 60, 2; *p.* 44.
 constituere: 18, 1; 31, 3; 36, 12; 58, 19; 59, 7; 74; donatio constituta *p.* 44.
 constitutio: nova legis *c. p.* 108.
 constringere: constringatur, ut se

- ante iudicem repraesentet 58, 5; constringantur, ut se ante regem repraesentare studeant 59, 4.
- consuetudo legis 88.
- contemplatio = 'Beobachtung': cum verborum contemplatione coniurare 67, 5.
- contendere campo vel cruce *Cap.* 7; contendere (= 'anfechten') emptiōnem *p.* 44; contendunt *pro* contemnunt *p.* 41.
- contentio 66, 1.
- contradicere: 58, 18 (*B*); 65, 3; strudem contradicere 32, 4; scudinium (scrutinium) contradicere 47, 2; viam contradicere 80.
- contradicionis faciat *pro* traditionem faciat 74 (*A*).
- contra prendere *v.* prendere.
- contrarietas: de contrarietate viae (*i. e. viae contradictio*) *p.* 45.
- contrarius: contra contrarium suum *re* (se) defensare 32, 4; si quis contrarius exteterit 57, 2; sententiam contrariam dicere 55; testamentum regis absque contrario testamento falsum clamare 60, 6.
- controversia ictuum *p.* 41.
- contubernium: si quis a contubernio probabiliter legatus (ligatus) super res alienas fuerit 41, 2; *Gl.*: contubernius: socius.
- conucla, conucula = *colus*: 58, 18; *Gl.*: conuca: 'quenela'.
- convenit observare 16.
- convincere: 45* (*A*); 54, 1; 55; 82, 1; 86, 2; a testibus convincatur 59, 2.
- corium: corio con caput decortigato (cum capite decorticato) 72, 6.
- corpus: de corporibus expoliatis, 54, *r.*; de corpore expoliato 85, *r.*; corpus mortuum expoliare 85, 1.2.
- costas: infra costas plagare 4.
- crimen 61, 2.
- crux: cruce decertare, contendere (*iudicium Dei*) *Cap.* 4. 7.
- cubitus, cupidus: super cupidum (cubitum) manum mittere 39.
- culpa: pro culpis damnatus ad mortem *p.* 45; quantumcunque culpa ascenderit 10, 2; culpam alicui adprobare 41, 1; culpam incurrere 67, 1; si aliquid culpa (culpae) emisit (commiserit) 72, 4; culpam committere 89; sine culpa *Ch.* 17. 18.
- culpabilis: 30, 1; *c.* iudicetur *passim*.
- culpos *pro* colpos *p.* 41.
- cummorsum *v.* conmorsum.
- cupiditas 89.
- cupidum *v.* cubitus.
- curtis: curtem infrangere *Ch.* 20.
- custodire (*sc. hominem forbatudum*) 77.
- damnare: 31, 4; qui damnatus ad mortem fuerit *p.* 45.
- damnum, dampnum: *d.* sustinere 31, 2. 4; incurrere 31, 2; quicquid ei damnum accesserit 45; damnum et capitale restituere 17, 1. 2; damno (*i. e.* damnum) restituere 82, 1* (*A*); ipsam rem sine damno reddere 33, 4; *cf. Cap.* 12; damnum facere, inferre 82, 1; *Cap.* 5; damnum in messe, in clausura 82, *r.* 1; damni aestimatio 82, 1.
- debilitare, dibilitare: 70, 2. 5; 72, 7; debilitare cum gladio 68, 5.
- debilitas: 5, *r.*; 26; 70, 3; debilitas probabilis 83, 2.
- debitosus, debitor = *qui compositionem debet*: *d.* moriens 67, 1. *Cf.* debitus.
- debitum = *compositio debila*: omne debitum 67, 1.
- debitus *t. q.* debitosus: homo debitus 67, 1 *r. cod. A* 3, *p.* 44.
- decertare cruce, scuto, fuste (*iudicia Dei*) *Cap.* 4; decertare pro hereditate *p.* 44.
- decessionones: per tres decessionones filiorum solvat 12, 2.
- decipula *p.* 45.
- declinare: ad inferiora declinari 58, 11.
- decoriare *p.* 46.
- decorticare, decortigare: corio cum capite decorticato 72, 6; *Gl.*: decorticatū: 'biscindit'.
- defendere testamentum *pro* werire *t.* 56, 6 (*B*).
- defensare 57, 3; cum gladio defensare 57, 2; legibus defensare *ib.*; cum armis suis ante regem defensare 32, 4; 67, 5, *quibus omnibus*

- locis de pugna iudiciali coram rege dicitur*; tabularium contra episcopum defendere 58, 2; p. 43.
- defensorem elegere 81.
- definitio, diviniatio 74.
- delatura v. dilatura.
- demittere v. dimittere.
- denar. v. dinar.
- deservire *Ch.* 1.
- designare: res designatae p. 45.
- dispensare, dispensare mulierem: 37, 1; p. 42. *Cf.* sponsare.
- detinere: si egritudo eum non detinuerit 65, 1; si eum sunnis non detinuerit *Cap.* 6.
- Deus adiuvet *Cap.* 11; Dei servi *Ch.* 1.
- dextra, dextera: cum dextera armata coniurare 33, 1; cum dextera armata sacramentum confirmare 66, 1; iuratores a dextris stantes 66, 1.
- diaconus: 36, 7; diaconibus 58, 1.
- dicere = *iudicare* 55; dicere, verbis dicere *i. q.* dirigere, verbis dirigere, verba dirigere 66, 1 (*A*); 68, 3 (*A*).
- digitus secundus, unde sagittatur 5, 7; digitum manare 68, 5.
- dilatatura, delatura: 17, 1. 2; 18, 1. 2; 29; 33, 2. 3; 45* (*A*); 54, 1; 72, 1. 2. 3. 8; 79; 82, 1; 85, 1. 2; 86, 2.
- dimissio = *manumissio* 58, 7.
- dimittere, demittere: ingenuum dimittere (*i. e. manumittere*) 57, 1. 2; 58, 6. 8; *Ch.* 11. 14; servum dimittere propter damnum ab eo cui libet inlatum *Cap.* 5. — de homine ligato absque iudicio dimisso 73, r.; dimittere (= *retinere*) wactam aut wardam *Ch.* 36; dimittere scelus *Ch.* 38.
- dinararius *i. q.* dinarialis: dinarium facere 61, 3 (*B*).
- dinarialis, denarialis homo *Cap.* 9; dinariam facere 62, 2 (*B*).
- dinariare, dinariari: nullum tabularium dinariare ante rege praesumat 58, 1 (*A*); si eum ante rege dinariari voluerit 61, 3 (*A*); si dinariari eum voluerit 62, 2 (*A*).
- dinariatus: si homo dinariatus absque liberis discesserit 57, 4; *cf.* p. 43. *Cf.* dinariare, dinarius.
- dinarius: in praesentia regis secundum legem Ribuarum ingenuum demiserit et dinarium iactaverit 57, 1 (*A*); dinarium ante regem iactare 58, 1 (*B*); per dinarium dimittere 57, 1 (*B*).
- dirigere: in missatico directus *Ch.* 8. — dirigere, verbum (verba, verbis) dirigere = *certis ac solennibus verbis in iureiurando uti*: 66, 1 (*B et n.* A*); 68, 3 (*B et n.* A*). *Cf.* dicere.
- dispensare v. dispensare.
- distringere p. 43.
- divinicionem pro definitionem.
- domesticus 88.
- dominicus = *regalis*: bannus dominicus *Ch.* 2; missus dominicus *Cap.* 8; *Ch.* 8; opus dominicum *Ch.* 3; in fredo dominico *Ch.* 17. 18. 20. 21; dominicum: in dominico (componere) *Ch.* 3—6. 9. 19. 20. 32. 38; leodis in dominicum veniat *Ch.* 12.
- dominus, domnus: dominus servi 17, 2; 18, 2; 19, 3; 20, 1. 2; 21; 22; 26; 28; 29; 30, 1. 2; 74; *Cap.* 5; dominus proprius 58, 6; dominus eius, qui manumissus est *Ch.* 12; dominus liberti 57, r. 1; dominus liberti, civis Romani 61, 3. — dominus quadrupedis 46, 1. 2; dominus caballi, animalis 86, 1; dominus sepiis 70, 3. — domus imperator *Cap.* 5*.
- domus: 47, 1. 2; domum violenter ingredi 47, 3; furonem (furem) in domo recipere 78; forbannitum in domo recipere 87; hominem ad domum propriam interficere 64.
- donare testimonium 50, 1.
- donatio: 59, 7; donatio constituta p. 44.
- dos: de dotibus (dotis) mulierum p. 42; 37, r.; in dote (dude) recipere 37, 2.
- drictum = *directum, iustum, 'droit'*: contra drictum (= *iniuste*) *Ch.* 33*. *Cf.* iniuste, rectum.
- ducatu, ducatum: infra ducato (ducatum) 30, 2; 33, 1; 72, 2; foris

- ducato (ducatu) 33, 1; extra ducato (ducatum) 30, 2; 72, 2; in alio ducato *Ch.* 44.
 dude *pro* dote 37, 2 (*A*).
 dupla repetitio = *dupli repetitio* 59, 3.
 duplex porcio 60, 7.
 duplum componere *Ch.* 16.
 dux 50, 1.
 ecclesia: 58, 2. 4. 5. 13; 60, 8; con- iurare, iurare in e. 67, 5; *Cap.* 11; ad ecclesiam mallum tenere 58, 1; *manumissio* in ecclesia *ib.*; tuitio ecclesiae *ib.*; legem Romanam, qua ecclesia vivit *ib.*; servi eccle- siarum 58, 20; causae ecclesiae *Ch.* 1.
 ecclesiasticus: ecclesiasticus, homo ecclesiasticus 10, 1. 2; 11, 3; 18, 3; 19, 2. 3; 20, 1. 2; 21; 22; 34, 2; 36, 5 (*B*); 58, 2. 11. 21; 65, 2. 3; 66, 2; 87; *Cap.* 2. — ecclesiasticus servus 58, 3. — ecclesiastica 58, 13; ingenua puella vel mulier, quae eccle- siastica est 35, 3; ecclesiastica mulier 14, *r.*; ecclesiastica femina 14, 1; puella 14, 2; ecclesiastica ancilla 58, 9, 14.
 edonare *v.* idoneare.
 effodire, effodere mortuum 54, 2.
 effundere sanguinem *Ch.* 18.
 effusio (efusio) sanguinis *v.* sanguis.
 effusores sanguinis 64.
 egritudo = *aegritudo*: si e. eum non detenuerit 65, 1.
 electi: iurare cum 6 electis *Cap.* 11.
 elegere, eligere defensorem 81.
 elemosina 49.
 emendare: *Ch.* 43*. 45. 48; emen- dare cum alio tantum *Ch.* 29. — scusam ruptam emendare *Ch.* 38.
 emendatio ingenui hominis *Ch.* 21, lidi 22, servi 23.
 emitte = *committre* 72, 4 (*A*).
 emptio *p.* 44.
 emptor 59, 1.
 emunitas regis 65, 3; *Gl.*: emunitas: 'hantfeste'.
 episcopus: 36, 9; 58, 2. 5. 7; in manu episcopi servum cum tabulis tradere 58, 1.
 equus, equa 36, 11.
 estimatio *v.* aestimatio.
 etunare *v.* idoneare.
 eum iurare 33, 4 (*A*) *pro* coniurare?
 euna: notitia vel commemoratio de illa euna. *Ch. rubr. p.* 117. *cum glossa superscripta*: 'gezunfti'.
 evindicare: sibi evindicare 37, 2; 60, 1.
 examinationes homicidiorum *p.* 41.
 excedere: colebus ei excesserit 77.
 excorticare, excortigare = *deco- rari*: excorticare caballum, ani- mal 86, *r.* 1; *Gl.*: excorticaverit: 'biscindit'.
 excortigato 86, *r.* (*A* 3).
 excusare, excussare: 41, 3; sacra- mento se excusare *Cap.* 5. 12; se excusare ad igneo (ignem) seu ad sortem 31, 5.
 excusatio: eum ad excusationem non permitimus 41, 2.
 excutere: 5, 1—5. 7. 8; 26.
 exigere texaga, furtum 42, 2; freta exigere 89.
 exillum 69, 2.
 exire ad iudicium *Ch.* 46. 48.
 expendere 49.
 expoliare corpus mortuum, hominem mortuum: 54, *r.* 1; 85, *r.* 1. 2; *p.* 46.
 expulsus: wargus sit, hoc est ex- pulsus 85, 2 (*B et n.* A*).
 extranei, stranei 48.
 extrinxerit *pro* strinxerit.
 extrodo = strudem; *v.* strudis.
 facere: se ingenuum esse faciat *Ch.* 11.
 facinus: 89; *Cap.* 5.
 factor 68, 3 (*A*).
 factum: 68, 1; factum negare 68, 3 (*B*).
 factus *pro* factum 68, 1.
 facultas 48.
 falsare = *falsum facere*: falsare testamentum 59, 3; falsare = *fal- sum esse contendere* 59, 1 (*cf.* fal- sum clamare).
 falsus: de falsis testamentis *p.* 44; falsum clamare testamentum regis 60, 6; falsum testimonium 50, 2.
 femina in hereditatem aviaticam

- non succedat 56, 4; partus in femina 36, 10; femina Ribuarua 58, 10* (A); femina ingenua 16; 34, 1 (B); femina Romana 58, 10* (A); femina regia *ib.* et 14, 1; femina ecclesiastica 14, 1.
- ferre = *nubere* p. 43; *tulerit, tulerint* v. *tollere*.
- fidelissimos: *Cap.* 3; iudex fideiussores ei exigat, ut se ante regem representet 32, 4.
- fides facta p. 44; fides facta sacramenti 67, 2; fidem facere 51, 1; fidem facere cum fistuca 30, 1; f. f. sacramento, sacramentum, de sacramento 33, 4; 58, 5. 21; 66, 1; p. 44.
- fiducia 30, 1.
- filii: 59, 9; 81; *Ch.* 42; filia 77; 81; *Ch.* 42; filios, filias non habere, relinquere 48; 67, 1; *Cap.* 8.
- finare: ligna finata 42, 1* (A); 76 (A).
- findere: fissa ligna 76 (B); *Gl.*: fissa: 'gispaltan'.
- firmare testamentum 59, 1.
- fiscallius: homo regius, id est fiscalinus *Cap.* 2.
- fiscalls: iudex fiscalis 32, 3; 51, 1. 2; 89; iudex fiscalis, quem comitem vocant 53, 1; p. 43; missi fiscales 89, r.
- fiscus: fiscum nostrum (*sc. regis*) heredem relinquat, habeat 57, 4; 61, 1; res fisco censeantur 69, 1. 2; tertiam partem (solutionis) fisco tribuere 89; *Gl.*: fiscus: curtis dominicalis.
- fistuca: cum fistuca fidem facere 30, 1; de fistuca intercurrente 71, r.; de quacunque causa fistuca intercesserit 71; *Gl.*: festuca: 'halm'.
- forbannitus: homo forbannitus p. 46; 87, r.; hominem, qui forbannitus est, in domo recipere 87.
- forbatudus, forbattudus, forbattudus: de homine forbatudo 77, r.
- forcium *pro* fortia 11, 3 (A).
- fordro = 'Vordermann', auctor: fordroneum suum nescire 33, 4.
- forestis: in forestem alterius ingressus *pro* in sortem alterius ingressus 60, 5* (A).
- forfactus: eum de vita forfactum ('der das Leben verwirkt hat') interfecisset 77. *Cf.* Diez, 'WB.' I, s. v. 'forfare'.
- foris: se foris mittere de aliquo *Ch.* 12.
- fortia: fortiam facere 11, 3 (B); p. 40. *Cf.* forcium.
- fossa 70, 2.
- fractura ossium p. 39.
- Francus, Franci: 18, 3; 19, 3; 22; 31, 3; 58, 8; *Ch.* 1. 2. 13; Francus Ribuarua 58, 1; advena Francus 36, 1. — Francus, homo Francus *apud Chamavos etiam nobilis triplici ingenii weregildo componendus vocabatur, ad quem spectant:* *Ch.* 3. 17—20. 42.
- frangere os, ossa: 3; 21; 22; 25; 68, 4.
- frater 56, 2.
- fredus, fridus, freto; (*acc. plur.:* freda, freta) = pecunia pro pace solvenda: fredum exigere, 46, 1; 89; fredum tribuere 89; absque fredo 46, 1; 70, 1; pro fredo, in fredo componere *Ch.* 3; in fredo *Ch.* 26. 33*. 38—40. 47; in fredo dominico *Ch.* 17. 18. 20. 21—24. 33—37. 41.
- Fresio: advena Fresio 36, 4; Fresiones *Ch.* 28.
- fridus v. fredus.
- fugere: si servus fugerit *Cap.* 5.
- fuga: servus fuga lapsus 30, 2; *cf.* 72, 2; fur ligatus fuga lapsus 73, 3; fuga evadere 73, 4.
- fugitivus 72, 5.
- fur, furo: ut fur habeatur 47, 2; fur iudicandus est 75; furem (furonem) ligare 73, r; furem (furonem) in domo recipere 78; furi (furonem) similis culpabilis iudicetur *ib.*
- furare, furari: 18, 1; 42, 1—6; 72, 1; 76, r.; 78; *Ch.* 27; furatum habere *Ch.* 26.
- furo, furonis v. fur.
- furonem *pro* fordroneum 33, 4 n. (A).
- furtivus: furtiva res 45.
- furtum: 18, 1 (B); 29; 30, 1; 63, 2 (B); 72, 8; p. 40. 42; *Cap.* 12; *Ch.* 31; de furtu securus sit

33, 2 (B); homo propter furtum comprehensus 79. — furtum = *compositio furti*: 72, 1. 2 (B). 3 (B). 8 (B); 82, 1 (B); f. exigere 44, 2 (B); f. requirere 33, 2 (B); f. solvere 33, 3 (B). Cf. *texaga*.
fustis: fuste decertare (*iudicium Dei*)
Cap. 4.

genealogia: qui per genealogiis non habuit hereditatem p. 43.

geldos componere: 9 geldos c. Ch. 24; duos geldos c. Ch. 26, 27.

generatio: tertia g. Cap. 8; = *progenies*: 58, 9. 10. 11. 13. 16.

genuculum, genuelo = *gradus* 56, 3.

genuitatem i. q. ingenuitate 67, 5 (A).

gladius: cum gladio defensare 57, 2; cum gladio debilitare 68, 5.

gradus (*sc. dignitatis*): ad gradum ascendere 53, 2; gradibus sublimatus 88.

graffo, graphio, gravio = *comes, iudex fiscalis*: 51, r.; 53, r.; 88;

de gravione iniuste invitato 84, r.; grafionem ad maleficiendum invitare p. 46; grafionem ad res alienas iniuste tollendas invitare 84.

gratibus i. e. gradibus 88 (A).

gruarius 36, 11.

haereditare in suam agnationem = *hereditatem progeniei relinquere*
Cap. 9.

haeres v. heres.

hantrada = '*handreichida*', *coniuratio* (cf. LL. V, p. 272, n. 10): per hantradam ingenuum dimittere Ch. 11; qui per hantradam ingenuus est Ch. 12.

haraho, harao, araho, aracho: in haraho = *in mallo* (cf. Grimm, 'Gr.' II, 297; III, 428, 'RA.' p. 793 sq. 903) in haraho coniurare, iurare 30, 2; 32, 2. 3; 33, 2; 72, 1; 77; cum sex testibus in haraho adprobare 41, 1.

hariraida = *contubernium* 64. Cf. Waitz, 'VG.' I³, p. 491.

hasla: in hasla, hoc est in ramo, coniurare 67, 5 (B).

helmo, helmum = *galea* 36, 11.

hereditare v. haereditare.

hereditas: adoptare in hereditatem 48; in hereditatem succedere 56, 3. 4; quantum unus solidus valet in hereditatem recipere 67, 1; hereditatem dimittere Ch. 42; pro hereditate certare, decertare 67, 5; p. 44; hereditas aviatica 56, 4; hereditas materna Ch. 42; hereditas de terra, sylvia *ib.*; hereditas hominis penduti 79, r.

heres, haeres: qui sine heredibus moritur 48, r.; legitimi heredes 49; haeredem sibi facere Cap. 8; ecclesiam heredem relinquere 58, 4; fiscum heredem relinquere 57, 4; fiscum heredem habere 61, 1; venditor vel heredes sui 59, 6; heredes [furis penditi] 79.

homicidium: p. 42; 7—13, r.; homicidii culpabilis iudicetur 77.

homo: homo aut ingenuus 31, 1 (A); homo regi infidelis 69, 1. — homo Francus, ingenuus, dinariatus, regius, ecclesiasticus *etc.* v. Francus, ingenuus *etc.*; homo interciatus v. interciare.

hospitium, hospicium, ospicium: hospicio suscipere 65, 3; hospitium praestare 78.

hostis = *exercitus*: in hostem bannitus p. 44; 65, 1; 67, 2; de homine in hoste occiso 63, r.; hominem in hoste interficere 63.

humire = *sepelire* 54, 1 (A).

humus, homus: ex humo trahere corpus mortuum 85, 2.

iacere: sepultus iaceat 72, 1.

iacitare dinarium 58, 1 (B).

ianua: ad ianuam suam cum spata tracta accedere 32, 4; postim ianuae auctoris sui nescire 33, 4. ictus, hictus: ictus absque sanguine, sine sanguine p. 39; ictu percutere 2; 19, 1; 23; Cap. 1.

idoneus: cartam idoneam confirmare pro cartam idoneare 59, 2 (B); carta idonea pro carta idoneata 59, 3 (B); *Gl.*: idonea: 'giwaroda'. Cf. idoneare.

idoniare, edoniare, etuniare: cum sacramento se edoniare = *se purgare* 71; omne factum eius

- idoniare (= *emendare*) studeat 67, 1. — cartam idoniare = *cartam probare*: cancellarius cum sacramenti interpositione etuniare studeat 59, 2 (A); si carta in iudicio perforata etuniata fuerit 59, 3 (A); absque pugna cartam super altario positam etuniare (idoniare) 59, 5; *cf.* 59, 4.
- igneum = *aeneum, caldarium ad iudicium aquae calidae faciendum*; *cf.* *ineum (Lex Sal. ed. Behrend p. 138, s. v. aeneus)*: servum ad igneum repraesentare 30, 1 (A). 2 (A); ad igneo se excusare 31, 5 (A).
- ignis: ad ignem *pro ad igneum codd. B* 30, 1. 2; 31, 5.
- [immunitas] *v.* *emunitas*.
- imperator p. 108.
- implere: minime implere in utilitate regis p. 44; implere (*sc. sacramentum*) cum legitimo numero 66, 2. *Cf.* *adimplere*.
- incendere hominem 17, 1. — incendere ('*sich verbrennen*') *de iudicio aquae calidae dicitur Ch.* 48.
